cõmittere potest. Ubi glo. nõ impeditus nõ cõmittet. qõ verũ est dicit Hostien. de honestate nõ de necessitate. Nã cũ a iure hoc habeat hoc etiã nõ impeditus cõmittere potest. Jn. c. Postoralis. eo. ti. summatum batur. archiepus causam ad se p appellatiõez delatã sub dito suffraganei sui ꝓmittere potest. sed ad suscipiẽdũz nõ potest eũ compellere. Item mortuo delegato pape excõmunicauit reũ vel actorẽ in possessionem uiduit si eius successor in delegatõe succedit absoluere. z possessionẽ restituere potest. Alis solus papa restituet z absoluet ꝓterq; in mortis articulo. qõ dicit. qz in mortis articulo ois etiã simplex sacerdos potest absoluere ab omni excõmunicatiõe. Ne cũ currat annalis ꝓscriptio reus corã ordinario vel publicis ꝑsonis. s. in dignitate constitutis vel rabellionib. de standa iuri ꝑbeat cauti onem. Ubi glo. ponit q; cuis archiepus habeat iurisdictiõem archiepiscopalẽ in tota prouincia. nõ tñ epi lem. Nec sequit q; si archieps sit iudex prouincie. ergo cuilibet ẽ prouincia. hoc patet in epo qui est ordinarius dyocesis. nõ tamẽ exemptoz sue dyocesis. Et licet etiaz eps in subditos habeat iurisdictiõem. nõ tñ habet in a liquẽ iurisdictõis exercitiũ vt est videre in eo q ẽ bon⁹ z ppũ. De ꝓstantinopolitana. Sic archieps p totã prouinciam iurisdictiõem habet sed nõ exercitiũ. nisi in casib⁹ quos ibi notat glo: de quib⁹ habes infra in ti. de epis z archiepis. Et quis aliqui dicant q; si archieps excõicat subditũ suffraganei. sñia tenet. Licet ille sit punitus dus. Jnno. tñ tenet cõtrariũ. vi. q. iij. Scitote. Nõ põt ergo soluere vel ligare subditos suffraganeoz suoz nisi in illis casibus notatis in glo. Dic etiã Jo. an. hic q saluo speciali. de iure cõi iurisdictiõe epi z plati, sibi subuerti locus est ꝑuentõni. nec mirũ qz iurisdictio pape põ uenit per inferiorẽ ordinariũ. de appel. c. Ut debit⁹. ergo z iurisdictio epi p suũ inferiorẽ ordinariũ. De iure speciali ideo dixi. qz facto inferiori plato ẽ ꝑuilegio vt ꝑlucrudie posse competere. q; ꝑus debeat esse eã coraz tpo. Et in his tũc nõ posset p epm ꝑueniri. b. ꝓbatur ẽ foro ꝓpe. c. Cũ ꝓpter. alias q ꝓmo citauit. eps vel inferior ordinan⁹ ille ꝓceder. q; si ambo simĺ citarẽt. tuncq; nõ appareret ds primo. puta q; corã epo debeat esse iudiciũ. ar. in. c. Si a sede. de ꝓben. li. vi. Querit etiam glo. quid si ds ẽ excõicatus z bz träffretare. vel est in loco obsesso. vt nõ possit. p absolutõe accedere ad euz ad quẽ de iure spectat ordinariũ vel papã vtrũ possit absoluí a laico. cũ sez ibi nõ sit sacerdos. z de tranffretãte tenet q; nõ. imo nec a sacerdote nisi esset in piculo naufragij. z tũc sacerdos ab oĩ vinculo absoluit. etiã papa pe reseruato. Sz si euadit oportet q; recurrat ad eũ ad quẽ spectabat de iure absolutio. Alaico absolui nõ põt qz nõ habet claues nec ordines nec iurisdictõnem. De obsesso vbi est piculũ mortis idẽ dicendũ. z idẽ de intrante bellũ vt in bello existente. si tñ iustũ est bellũ ex pte illa. Nã alis suc obsidẽs siue obsessus. siue bellans si forte vulneratꝰ oĩderet ꝓtritõem de eo ꝓponẽs abstinere a tali bello si euadat. Jn nouella etiã q̃rit. quid de muliere ꝓgnante an possit ab ordinario cũ appropi quat ad partũ excõicata. s. ea specie q̃ spectat ad papã. sez absolutio eis⁹. nec ꝓmittit ordinario ꝓpter sexum. nec obster. c. Mulieres. de sen. excom. Rñ. distinguendus de ꝓditõe mulieris. qz si habuit alios filios. z facile perit nõ est absoluẽda. nisi aliũ piculũ imineat. Si ãt alios nõ peperit. z multũ timet partũ. z forte debilis est põt absolui. Conducit tñ q; etiã in ꝓmo casu. qz z tles moriunt. iõ ꝓiũ est absoluere. qz si euadũt reincidũt. nisi satisfaciant ad mandatũ pape. vt de sen. excõ. c. Nos qui. li. vi. Jn. c. licet summati ỏz q; papa p rescriptũz q̃ monet ordinariũ suũ officiũ exequi no facit eũ delegatũ. z iõ rẽ ab eo ad ꝓximũz supiorẽ potit appellari vbi dicit Jo. an. in nouel. q; p hoc cognoscit q; papa per rescriptũ suũ nõ solũ monet ordinariũ suũ exequi officiũ suũ. sed etiã delegatũ facit. puta si in lris dicat auctoritate nostra. Et hoc planũ est. de rescrip. c. Cũ aliquibus li. vi. Uel si dicat. Cõmittimus. Delegamꝰ vel ille. Itẽ si dicat velapponat aliq̃d vltra formã iuris vt in lris de simplici iusticia scribat. appel. re. Ubi alis de iure remota nõ est Jnno. z Ab. Notat etiã Jnno. q; si papa scribit ordinario q; audiat generaliter causas aliquoz subditoz suoz nõ ponẽdo aliq̃d de supradictis. ꝓdocdit vt ordinarius nõ vt delegatꝰ. Jn. c. ꝓrefragabili. summatum ỏz. plati subditos corrigũt z reformãt appellatõe vel cõsuetudine nõ obstãte. si tñ capĺum canonicoz excessus corrigere consueuit. nisi hoc faciat infra terminũ ab epo ꝑfixum. eps corrigat. Itẽ si canonici sñe manifesta z ronabili causa maxime in ꝓmptũ epi cessant a diuinis. eps cessatõem nõ seruabit⁹ metropolitanus de b. vice pape cognoscet. Et dicit Hosti. q; prelatus visitans z inquirens si vider penã pecuniariam magis timeri q̃ spualem bñ põt illã imponere. debet tñ in pias causas illã ꝓuertere. nõ imbursare ne videatur ad questũ id facere. nisi forsan egeret. Nã z mulctas q̃s iudex sectarij et q; venit ꝯ ꝓceptũ suũ acquirũtur fisco. tñ ille q̃ imponunt. p facinoribus iã commissis sunt publicis opib⁹ disputande sicut in refectione viaz z pontiũ z his silia. Dicit tñ q; de facto sibi applicant bas z illas. Jn. c. Ũm eo. ti. summati ỏz q; ciuitas habens pplm diuerse lingue nõ p hoc habebit plures episcopos. sz eps ꝼm diuersitatẽ linguaz prouidebit viros idoneos q; officient. celebrent z sacramẽta mistrent. Poterit etiã sibi statuere eps illius loci sibi vicariuz p exemplo: ponit. vt si ibi essent greci z latini. vel citramõtani vel vltramõtani. z hmõi. vt ỏz de ciuitate Tridentina. z ciuitate Lirij. Nec intendit dicere q; eps faciat epm in ipa dyocesi. sz q; vicariũ faciat q; sit eps. alis si nõ esset eps nõ posset ordinare. chrismare. z alia hmõi facere. Et putat Hosti. q; eps grecus etiã extra q̃tuor tpa possit ordines maiores cõferre. qz ritus iste adhuc nõ ẽ quo ad grecos reprobat⁹ exp̃sse. ỏ quo remittit ad c. q; translatõem de temporib⁹ ordinariorum.

ff. c. ij. §. ij.

De ꝓdicatoribus. §. IIII

z ꝓfessoribus ordinãdis in ecclesijs p epos z prelatos ecclesiaz. Jn. c. Inter cetera. summatum ỏz q; in cathedralib⁹ z collegiatis ecclesijs istituendi sunt viri idonei qbus cũ expedient epi potuert ꝓmittere visitatões. ꝓdicatões. z ꝓfessionũ audientiã. Jn rep. sic ỏz in pn. ca. Inter cetera q̃ ad salutẽ spectãt ppli xpiani pabulum verbi dei p maxime sibi nosciť necessariũ. ꝼm illõl Non in solo pane viuit hõ ꝛc. Mat. iij. Et in fi. c. precipimꝰ tã cathedralib⁹ q̃z aliis quẽtualib⁹ ecclesijs viros idoneos ordiari. q̃s epi possint coadiutores z cooperatores hre. nõ solũ i ꝓdicatõis officio. imo ẽt i audiẽdis ꝓfessionib⁹ z penitẽtijs iniũgẽdis. ac ceteris q̃ ad salutẽ spectãt aiaz. Si q̃s ãt b. negligerent districte subiaceat vltioni. vbi dic Jo. an. p b. ybũ ꝓcipimꝰ cũ fi. iũctũ elicit q; negligẽtes ꝓstituti sũt i mortaliz optat Hosti. q; miseri cors ds mistico ordiť agat i his z alijs mlt̃is laq̃is iposit̃z p bũana statuta. cũ tñ eccia ñ dẽat inijcere laqos. xxvij. q. i. ỏ viduis. ij. Et sup ybo ordiari dic Hosti. q; si bi ad q̃s ptinet b. nõ faciũt infra tminũ ꝓgruũ eis ab epo data. eps id facier i ure suo. cũ ad ipm spectet pctoz correctio. Et horum negligentiã ẽt suppleret archieps. Et loquitur de conuentualib⁹ secularibus. id ẽ collegiatis

Nam monachis nō cōpetūt dicta officia q̄ dicūt̄ b. scz et monachatu ipo fm Pe. z Alb. Et addit Hosti. q. hodie prouidit pactus p ordines p̄dicatoz z mīoz. Licet nō oēs capl̄ar⁹ hūm istud. vt de p̄uilegijs. c. In his Adde credo p̄ dictos z alios. vt beremitanos. carmelitas. seruitas. z hmōi. multis subleuari in ep̄is oīs istius p̄cepti. de p̄dicatoribz z p̄fessoribz p̄cipue in ciuitatibz vbi abundāt p̄dicatozes z p̄fessores. q2 etiam magnū alaz fructū reportarēt. si ope sic̄ z verbo p̄dicarēt. Ille tñ remote a ciuitatibz hoz magnā penuriā hūt Sup verbo neglexerit dicit Hosti. q. talis negligentia ē q̄d sane intelligendū est. Nō em̄ ois negligentia mortalis. sz notabilis in hmōi nec de facili pōt determinari q̄n mortalis sit. Circa glo. fi. q̄ videt dicere q̄ delegati z nuncij apostolici deberēt puideri a curia mittente Dicit Hosti. q. romana ecclesia excusat necessitas. s. si nō prouidet talibz missis ab ea. sed cōiter ab alijs prouident. scz ab eis ad quos mittūt. q2 nec de suo romana eccl̄ia posset oīb⁹ prouidere. Excusat etiā p̄uilegiū de antiq̄ consuetudine iā obtentū. z dicit q. epi conant in b̄ imitari q̄d esse nō debet. vt in. c. i. de tempo. or. Pluries clamauit subdit Jo. an. intm̄ q. de b̄ fuit sermo in. concilio Vienen. q̄d optarē. q̄d eccl̄esia reciperet vigesimā reddituū totius cleri p orbē ad sustentatōem pape z cardinaliū. z nil exigi z recipi posset p seruitijs p̄latorum quos p̄mouet. exceptis salarijs taxatis laborantiū. puta scriptoz z siliū. z tunc p̄uideret p̄latis z nūcijs de p̄dicta quota. z abstineret ab exactiōe fructuū p̄mi anni. exactionib⁹ decimaz z hmōi. q̄ nūc pullulāt. Sz deliberauerāt p̄lati in p̄cilio. et forte bene q. tanta vi get insatiabilis cupiditas q. si b̄ fieret beet illa perciperet.

De iuribus episcopa. §. V

libz q̄ epi p̄nt exigere a clericis z religiosis sibi subiectis Et q̄ sunt iura epalia hic declarāt. in. c. Conquerētē co. ti. vbi oz. Decernim⁹ vt in eccl̄ijs seu cappell̄ sue dioc̄esis ad monasteriū spectantibz habeas canonicā obedientiā. subiectōem. z reuerentiā. institutōem destituti onē. correctōem. z reformatōem. ac censurā eccl̄iasticā Jurisdictōem quoq3 ordinariā causaz oīm ad foz eccl̄esiasticū de iure spectantiū. penitētias z sacramētoz oīm q̄ ab ep̄o recipēda sunt collatōem. Synodū et synodaticū seu cathedraticū noīe duos solidos quartā q̄z decimationū ac mortuarioz. visitatōem q̄z annuā. ita tñ q. cū ad eas visitādas accesseris. ñ amplⁱ p̄curationis noīe rec̄ras ab eis nisi quantū pensatis facultatibz carundē moderate poterunt exhibere. ne plus ceteris cappellis ciusdē dyoc̄esis onerent̄. Nec ab eis plus exigas p̄ter moderatū auxiliū. q̄d iuxta formā lateranē sis concilij si manifesta z rōnabilis cā extiterit. cū caritate postulādū pro necessitate ep̄is sustinem⁹. Nec ibi Ubi dic̄ glo. p talē specificatōem p̄ludit̄ via ip̄osterū litigandi z lites diminuūt̄. q̄d debet facere iudex. vt de dolo. z ptu. c. Finē. z iudex debet discordie materiā amputare. in auten. de man. p̄n. §. deinde. imo iudex p̄mo loco ptes si p̄t ad concordiā reuocabit. ꝛc. di. Studendū. Jo. an. sup verbo obedientiā. q. b̄ recognoscit cū cōcor. di. xxiij. q̄q̄. Et ad hāc tenēt nedū clerici: sz et laici q̄uis sint magis p̄cipes sz potissime clerici fm Hostic̄. Et sonat b̄ verbum q. mādatis epi pareāt fm Pe. z ab. in his scz q̄ spectāt ad statū clericat⁹. Nō em̄ si mādaret ei vt det sibi res suas vel renūciet b̄ficio. tenet̄ obedire. Sup verbo subiectōe. Recognoscat cū dūm z hoc de iure cōpetit ep̄o sup oēs exēptes in ciuitate vl̄ dyoc̄esi. Jō oz ep̄s aliū ordinari⁹. xi. q. i. De p̄sona. Nec p̄odest in talibz p̄scriptio. vt de p̄scrip. c. Ad audientiam. nec p̄suetudo. De p̄suet. c. fi. z breuiter nil p̄t obstare. nisi p̄uilegiū exemptōis. cō. ti. c. Duo. alⁱs nō exemptⁱ obūctend⁹ ē vt acephal⁹. di. xcij. Nulla. Sup verbo reuerentiā. Recognoscit em̄ eū patrē. z hec semp exhibenda est supiori. etiā si mlier sit. ō maio. z obe. c. Dilecta. Super verbo instituōem z destituōem. s. auctoritabilē. fm Hosti. q̄ remittit ad. c. Nō saris. de offi. archi. Sup correctōem. s. criminū. Reformatōem scz moz. Ꝛ hec nō valet p̄suetudo vel appel. c. ti. irrefragabili Censurā eccl̄iasticā. noīe cōprehendit̄ excōicatio. suspēsio z interdictū de ver. si. c. Querēti Jurisdictōem ꝛē. de iurevel p̄suetudine. de excep. c. ij. li. vi. Sup verbo penitētias. Jstud̄ sic̄ quēs respicit etiā laicos. p q̄d nota fm Jnno. q. peren do iura epalia ab abbate. videoz nō solū q̄ mihi debentur a monasterio. sz etiā ad q̄ mihi tenent̄ z clerici z laici suaz cappellarū. vt de offi. archi. c. fi. Sup verbo sacramētoz oīm ꝛē. Sicut ordo p̄firmatio i frōte. Et lauacrū sumēdo sacramētū. idē est de p̄secratōe eccl̄esiaz. altariū z virginū. Et idē fm Hosti. De diffinitōe matrimonij. si questio, vertat de eo. vt de cōsang. c. i. Et fm b̄ ad p̄dicta restringit̄ verbū oīm. Vel fm Hostien. illō oīm respicit oia sepē sacra. q̄ ab ep̄o vel curato vel vicario epi recipēda sunt. Et dicit q. illi q̄ ab alio illa recipiūt sine ipsius vel illi⁹ licētia nō sūt absoluendi. q2 sntia a nō suo iudice lata ꝛē. Nec p̄dest cōsuetudo cōtraria. Talia em̄ nō sunt cōmittēda nisi diligēter examinato z idoneo repto. vt de elec. nihil. z. i. q. i. si q̄s hereticē. §. ecce. Si aūt dicat q. aliq̄s certus. puta abbas. decanus. archidiacon⁹. vel his silis nō p̄uatus in dignitate constitut⁹ potest de p̄suetudine ip̄oz cōfessiones audire. talis cōsuetudo excusat. que z curam tribuit. Allegat notata ō peni. z re. c. oīs. Mortuos aūt q̄ hoc ñ seruauerūt dicit se nolle dānare. sz dei iudicio reseruatos Sup verbo synodū dicit Hosti. q. licet antiqui notauerūt synodū videat spectare ad legē iurisdictōis. q2 ad synodū venire etiā tenent̄ abbates. nedū alij sacerdotes curati. Sup verbo mortuarioz. i. pro animab⁹ a mortuis relictoz illis capellis monasterioz subiectis epo. alijs nō. vt dicā de testa. c. officij. Sup verbo visitatōe. bec est de lege iurisdictōis. q̄d p̄z q2 monasteria visitant̄ nisi sint exempta z oīa pia loca. vt de cens. c. romana li. vi. Sup verbo pensatis ita q. a pauperib⁹ nil petat. i. q. ij. placuit. Allij dicūt q. a pauperib⁹ est petenda procuratio. sz ne nimis grauerent̄ plures congregabunt in vnū. vt de censi. c. Cū instantia fm Host. Sed illud verū in p̄curatōib⁹. secus sup cathedratico Jnno. Sup verbo rationabil. Hosti. ponit exempla. puta si epi scopus fecit magnā emptōem vel subijt grandes expēsas eundo ad papā vel imperatorē. vel litigando. p iuribz eccl̄esie. vel quicūq3 casus supueniēs incidit. p̄ter quē supportare habet tale subsidiuz postulare. p̄t q̄d facienda est contributio. argu. de sta. mo. c. in singulis q̄d intelligit nisi casum inciderit culpa sua. Si em̄ propter sui prodigalitatē indiget sibi imputet. Cū caritate. id est non violenter. nec a pauperib⁹ z oppressis. sed clero suo conuocato exprimat causam indigentie sue. hortando ad subiectōem. z q. nō expectēt compulsionē Sup verbo postposito. s. penitentias. dicit glo. publicas criminū quoz absolutio ep̄is reseruat. vt de pen. z remissi. c. Si ep̄s li. vi. Sūt em̄ pl̄es casus peroz. quorū absolutio ep̄is reseruat. de quib⁹ habes in ti. de con ti. 17 ff. fessi. De cathedratico q̄d sit z quantū habes infra ti. ō ep̄is. ibi etiā de quarta z huiusmodi. Notandū etiā fm Jo. an. in isto. c. q. hec iura epalia q̄ ad pl̄a coz aliⁱ ti. 20 ff. etiā q̄z ep̄s potest ea habere. vt archiep̄s z archip̄resbyter. vt de offi. archi. c. i. q̄ ad obedientiā de visitatōe p̄z de off. archi. mandam⁹. De institutione habes de offi. delegatoz. c. Sup eo. De censura ecclesiastica. de elect. c.

Dudū.ij. De iurisdictōe supra eo.ti.cū ab ecclesiaꝝ Idē pro magna pte de alijs. Aliter mī pīnet ista ad inferiores plātos.qz quasi sub alijs aliter ad maiores. qz sunt munia sunt exercere videt tanqz epi.z nō sub epīs. vbi sic est de ꝓsuetudine.ita q ab eis nō appellat ad epm sed ad archiepm.ex de no.ope. nunci.c. Significātibus plātos. Et ibi epi nō cognoscūt de causis pīnētibus ad subditos plātos. Et ibi ꝓ minoꝝ iudex vnū ꝓcipit in his que sunt de iurisdictōe sua z epīs aliud potī parēt minoti iudicia qz epo. Exinde Jo.an. post Jnno. diffuse pōit q modo subditus epi possit pscribere aliquid de iuribus epalibus.z vnus plebanus de iure alterius plebani.z vn⁹ archiepūs de iuribus alterī⁹ archiepi ubi pores vidē.

De duplici lege epi. §. VI.

scopoꝝ.i.lege iurisdictōis.cui subijciūt mōasteria et lege dyocesana cui nō subijciunt monasteria in quibus ordi.c. Dilectus. Vbi dicit glo.ij.z plene q ista est differentia inter vtrāqz. Ad legē iurisdictōis pīnet datio cure aiaꝝ.delictoꝝ coertio. ordinatio ecclesiaꝝ.ꝓsecratio caꝝ altariū z virginū z chrismatis.z generaliter oī alia plura q enumerant in.§. ꝑcedenti.c. Cōquerente vsqz ad verbū synodaticū.in quo verbo incipit enumerare q̄dam que pīnēt ad legē dyocesanā. Ad legēvero dyocesis spectat ꝓuocare ad synodum.ad sepulturas mortuoꝝ.cathedraticū tertia vel q̄rta mortuarioꝝ.dematiationū.hospitiū z similia.q ꝓsistunt in recipiendo qñqz tñ lex dyocesana ꝓhendit legē iurisdictōis .vt ō reserip.c. Audiuis. Dicas q̄ q oīa monasteria ipso iure sunt exempta a lege dyocesana.in fauoꝛē religionis.x. q.i.c.i.z.q.iij. Item cetera.z.xviij.q.ij.q. sit a lege vero iurisdictōis nō sunt exempta nisi sint munita speciali ꝓuilegio. Sz oīa monasteria q̄ sūt in dyocesi subdita sūt epo q ad legē iurisdictōis.xviij.q.ij. Hoc tm̄. Secula res vero eccle subsunt epo q ad vtrūqz.x.q.i. De his. pstant tñ monasteria aliqñ epo seruitiū ex ꝓma cōstructione eius.xviij.q.ij Eleutherī⁹. Et etiā rōe visitatōis qō deberet ex ꝓsuetudine.xviij.q.ij. Seruitiū. Capelle vero monachoꝝ siue regulariū subsūt epo.s.q̄tum ad vtrāqz legē.§.co. Cōquerēte.nisi pleno iure subsūt monasteriis.vt de ꝓuile.c. Q̄m. Capelle vero monasteriorū exemptoꝝ subsunt epo sicut z alioꝝ.nisi exepta sint ipa monasteria cū capellis suis.vt de ꝓui.c. Ex ore.vñ rōe capellaꝝ ad synodū venire tenent.vt de ma.z obe. c. Qō sup. Et ō intelligē de his q pplīm hñt.z sic nō cōtradicit pāea ista.di.xviij.epūs.z.xviij.q.ij. §.fi. que intelligit de his q nō hnt. Addit ad glo. Jo.an.q̄ oīnis institutio z destitutio ꝓfirmatio z iuestitura pīnēt ad legē iurisdictōnis. Item causas audire .z oīa q̄ circa iudiciū agunt expedire.visitare.corrigere.excōmunicare. suspēdere.interdicere.statuta facere.inārere.eam de vita clericoꝝ q̄ de statu ecclesie z officijs. Qō aūt dicit ad sepulturas mortuoꝝ.refert hoc ad id qō fit ī cathedra libꝰ ecclesijs ī quibꝰ canonico mortuo vel ꝑsbytero vocant ꝑsbyteri ciuitatis ad sonū campane. Ad legē dyocesanā addit Jnno. vltra cōnumerata in glo. dicta missas publicas vbi voluerit cātare z cathedrā ponere cū ꝑdicandi vel causas audiendi a subditis moderatum auxiliū petere. de censi. c. cū apl's. p negocio eccle dericos mittere z eis impare. xij.q.i. Qz tua fraternitas.z dicit Jnnocen. q nō alia rōe dicunt leges dyocesane et iurisdictōis.nisi qz a iure assumpte sunt z notiate.z potius a iure moderno decretaliū q̄ antiquoꝝ canonum. Quia §. ꝓria regulaꝝ inuariabilis doctrina de bis dari nō pōt.iō dicit has leges p singula declarandas. vt factū est. Dicē etiā q vocare ad synodū magis videt legis iurisdictōis q̄ dyocesane. Jn.c. vt iuxta sūmma tī ōz. q visitās eps monasteriuz nō introducat seculares sed duos vel tres canonicos cū aliquot religiosis. Vbi Hosti. dicē q ꝓsiderata mēte buⁱ legis nō verbis buⁱ legis plures poterit vel pauciores debebit ducere cōsideratis idoneitate z numero eorundē. Addit Jo.anō. q hodie ꝓcliū Uienen. de sta.mo.c. Recolētes Dicē visitatores monasteriorū monialiū ꝓtentos esse duobus notarijs z duabꝰ psonis ecclesie sue.z quattuor alijs viris maturis z honestis.z dñt tales esse in habitu honesto.vt in cappa vel eo q̄ chorū intrant fm Hostien.

Jn.c. Graues sūmarie ōz. q p rescriptū qō papa mādat ordinario q corrigat clericos sue dyocesis.non dat ei iurisdictio sup exemptos. Vbi dicē glo.ar. q̄ p generale mandatū posteriꝰ concessum nō derogat ꝑti speciali. de q̄ in generali mentio nō habet. Itē ar. q ius commune nō tollit ꝓuilegiū illi ecclesie q̄ est exempta a iurisdictōe epi. Itē ar. q papa per lras suas nō intēdit ꝓuidicare alteri. vt de offi. dele. c. Sup eo. Itē ex eo q platus ecclesie exempte est negligens ad corrigendū subditos nō ꝓterea transfert potestas corrigendi ad epum. nec aliq̄ iurisdictio in eos. Itē cū sit triplex iurisdictio scz ordinaria delegata z arbitraria.s.ex compromisso ō tertia glo. nō tāgit. q nō pōt q̄s ex ea interdicere vel excōicare.z si alias punire. Et q̄n textus ōz sniam latam relaxes.exponit glo. relaxataz esse oñdas .qz nulla erat Uel fm Hosti. iō dicē relaxes. vt eps prudēt z caute possit errorē suū corrigere.ne ꝓfundat. Uñ poterit dicē tales snias.q̄s tuli ꝺvolūtate pape relato cui oz obedire.

Ordinarij quid fa. §. VII.

cere debeant erga habentes plura beneficia curata vel dignitates. Jn.c. ordinarij de offi. ordi. li. vi. sūmatim hoc ōz fm Jo.an. Dic statuit papa q habētes plures dignitates vel alia bñficia curā aiaꝝ habentia. per ordinarios ꝓpellant oñdere infra tps ꝓpetens superioꝛ arbitrio statuendū dispensatōem quā hñt sup hoc qō si nō ostenderīt proinde habeant ac si nullas haberēt. Si āt oñderint z sufficientes. nō amplius molestent ꝓuiso in dictis bñficijs. ne cura aiaꝝ negligat. Si autē dubitet de dispensatōe ad sedem aplicam recurratur. Talibꝰ plura bñficia talia obtinentibꝰ. aliud nō ꝓferat beneficiū. nisi ostensa dispensatione sufficienti. Et tunc ita demū ꝓferat si p dispensatōem possit illud cū alijs retinere. vel si pōt renūciauerit. Aliter collatio facta nō valeat. Et q̄uis videat loqui de epīs. tñ fm glo. post Buil. z Bar. q etiā ꝓpulsionē istā facere pñt quicūqz inferiores qui hñt institutōem. vt plebanꝰ eliq̄. di. lxij. Si in plebibꝰ. z de offi. dele. c. Sup eo. Ipi em̄ ordinarij sūt. vt de offi. ordi. c. Cū ab ecclesiaꝝ. Itē ex eo q dicitur in rex. ordinarij. impleri dicē glo. post Buil. q cum q̄s habet plura talia bñficia in diuersis episcoparibus quilibet ordinarius coꝝ in quibꝰ habet bñficiū potest illū compellere ad exhibitōez seu oñsionē sue dispensationis circa hmōi. Dicē etiā glo. nō solū papā dispensare in pluribꝰ curatis. extra de ꝓben. c. De multa. Jn vi. eo. ti. ōz in. c. Cū eps. in tota sua dyocesi iurisdictōem ordinariā noscat habere. dubiū nō existit q̄n ī quolibet loco ipsius dyocesis nō exempto p se vel p alium possit p tribunali sedere. causas ad ecclesiasticū forū spectantes audire psonas ecclesiasticas cuz caꝝ excessus exegerit capere ac carceri mācipare. nec nō z cetera q̄ spectāt ad eⁱ officiū libere exercere. Nec ibi. vbi glo. dicē q idē est ī legato circa suā legatōem. Idem in archiepō circa suā ꝓriā dyocesim. sed nō quo ad ꝓuincīā. eo. ti. c. i. Et cum

intentio ep̄i in hoc sit fundata de iure cōi qui dicit se exemptū. h̄ dz oñdere. di. centesima. c. ꝯ morē. Jn loc aūt exemptis nō pōt iudicia exercere. vt. xvij. q. ij. Lūnoso.

De bonis dignitatū. §. VIII.

tū vel ecclesiaꝝ vacantiū no occupādis q̄ eos ad quos spectat collatio. p̄sentatio. vel custodia. z pena ꝯ tales habet de offi. ordi. c. Pñti. li. vi. vbi sic dr. Presenti, prohibem⁹ edicto. ne ep̄i vel coꝝ supiores. vt archiepi z patriarche. fm glo. aut abbates seu quis alij regulares vl̄ seculares. p̄lati aut ecclesiastice p̄sone quecūq; vacātib⁹ dignitatib⁹. p̄sonatib⁹. poratib⁹. vel ecclesijs quibuscunq; sibi subiectis. seu ad collatōem. ordinatōem. p̄sentatōem. aut custodiā ptinentib⁹ cozundē bona morientibus coꝝ rectoribꝫ vel mīstris in ip̄is inuēta. siue vacationis ip̄oꝝ tpe obuenientia. q̄ in vtilitatē cozundē exp̄edi. vel futuris dñis successoribꝫ fideliter reseruari. occupare. ac in vsus suos ꝙuertere quoq; mō ip̄sumant. nisi de speciali ꝓuilegio vel ꝙsuetudīe iam scripta legitime seu alia cā rōnabili h̄ eis ꝙpetere dinoscat. alioq̄n ep̄i z coꝝ supiores abꝫngressu ecclesie. ceteri vero ab officio et bñficio tādiu eoipso nouerint se suspensos. quousq; restituōem fecerint de p̄dictis. Porro vbi ex priuilegio vel consuetudine vel alia de causa rōnabili sibi aliquis predictorū asserit bona ꝙpetere supradicta. h̄ solūmodo debet de illis bonis intelligi que solutis debitis si q̄ sunt z de bis q̄ fuerint necessaria pro seruitoribꝫ z ministrꝫ ac incūbentib⁹ oneribꝫ vsq; ad nouos reddit⁹ supportandis ꝙgrue reseruatis ex ip̄is reperta fuerint superesse. Decōia ibi in textu. Vbi notandū q̄ hic non potuit pena laicis ꝯ ista ꝓstitutōem facientib⁹. sed tm̄ p̄sonis ecclesiasticis. Nā pena suspēsionis nō cadit in laicos. Verū ip̄si laici z alij q̄cunq; qui vsurpāt bona vacantium ecclesiaꝝ. etiā si sint patroni sūt ipso facto excōicati vt patet de elec. c. Generali li. vi. Ponit etiā hic glo. notabilis de fructib⁹ ecclesiaꝝ iam ꝓceptis. quō rector possit disponere in morte. Jtē in. c. Si sacerdos. de offi. ordi. sūmatim dr fm Jo. an. q̄ archiep̄s nō p̄t sibi constituere officiale in dyocesi suffraganeoꝝ suoꝝ. etiā p futuris causis p appellatōem devoluēdis ad cū. nisi de cōsuetudine h̄ habeat. z tunc tales officiales inhibere nō p̄nt p̄ius q̄ fuerit appellatū. Scōario dr q̄ donec archiep̄s pōt haberi de facili. vt qz est in p̄uincia sua vel circa illa. officiales eius nō p̄nt proferre sñias excōmunicatōis. suspēsionis. vel interdicti. in suffraganeos. ꝓpter pontificalis ordinis reuerentiā. dr enī ibi in p̄ncipio. c. q̄ cū metropolitanus suoꝝ suffraganeoꝝ nō igrediant dyocesim vt in eis auctoritate ꝓpria iudicent. disponāt aliq̄d vel aliud agant. q̄ canonica ꝓhibeant īstituta neq; hec p̄nt ī ill̄ p alios exercere. vbi glo. dic q̄. h̄ intelligit. s. q̄nō intrent in dyocesim suffraganeoꝝ i casib⁹ nō p̄missis. Nā z cā visitatōis h̄nt ingredi z ꝓcurari. z tūc z alijs causis ꝓout habet in iure iudicēt. glosa ꝓ tribunali sedendo disponāt ex iudicio faciēdo cōa se celebrari z ante se recognosci ꝓtractus. de fo. compe. c. Romana. li. vi. Elegant. puta ꝙferendo ordines z sacramenta sīmlia faciendo.

De arbitris. Capitulum Septimum.

De arbitris habetur

ex eo. p totū. z ij. q. vi. A iudicib⁹ dr. Judicuꝝ alij sūt arbitrarij. alij arbitrij. Ordinarij sūt q̄ ab apostolico vel ecclesiastica vel ab imperatore. vt pote seculares legitimā potestatē receperūt. Arbitrarij sūt q̄ nullā potestatē habentes cū p̄sensu litigantiū in iudices eligunt in quos compromittit vt coruꝝ sñie stetur. Jdeꝝ alij sunt ordinarij z arbitri. alij arbitrarij tm̄. Vbi dicit glo. q̄ ordinarius nō solū pōt inter ptes amicabiliter ꝙponere. v. q. ij. Si p̄mares. sed etiaꝝ fm canones pōt arbitriū suscipe si a pribus eligat. extra de arbitris. c. Cum tpe. Et idē pōt etiā subdelegatus. lex aūt q̄ videtur huic sententie ꝙdicere. ij. q. vij. §. Tria. intelligit q̄ ordinarius nō pōt iubere q̄ ptes ꝙmittāt in eum. z sic nō est contra. Arbitroꝝ aūt duo sunt genera. Quidā dicunt arbitri. z quidā arbitratores, Sz arbitrij tā sunt duplices. q̄ quidā dicunt arbitri iuris. qui videlicet eliguntur a pribus ex recusatōe iudicis ordinarij vel delegati. Et tales debent seruare formā iuris in ꝓcessione iusticie. z ab eis appellat. Arbitri aūt simplr sūt qui eliguntur a pribus. que si nō ꝙsentiūt sñie eius reducunt se ad arbitriū boni viri. qui sunt vt amicabiles cōpositores. z hi etiā tenent seruare formā iuris in ꝓcessione iusticie. sed arbitrator nō tenet seruare formā iuris in execution iusticie. z pmittūt ptes nō recedere ab arbitrio eius sub certa pena quā oportet soluere. si nō pareret sententie. De hoc diffuse Ann. de bu. sup. c. Quintauallis. extra de iureiurā. Arbiter aūt si per dolū tulit sententiā. z si nō retractat ꝙ appellatōem. tū per exceptionē retractat. ff. eo. nō distinguit. Jtē ex de arbitris. c. 1. dr q̄ debent eligi arbitri vnus vel tres. z vbi tres eliguntur duoꝝ sñia retinet vigorē. vbi dic glo. q̄ h̄ dr ex bonestate nō ex necessitate. Nā si duo etiā eligerent in quos cōpromittere tenet ꝙmissum. Et si nō ꝙcordauerint cogendi sunt vt concordāt vel tertiā p̄sonaz assumant. Jtē sufficiat sñia duoꝝ cū tres eliguntur. presente tū tertio etiā si illi dissentiant. Eo tamē absente nō valet sñia. ff. eo. l. Si in tres. nisi in ꝓmissso sit exp̄ssum. q̄ duo. sñ tertio procedant. Jdē in iudicib⁹ delegatis. Jtē nota fm Bern̄. co. ti. Exposita in glo. q̄ siue ꝙs sit arbitrator siue amicabilis ꝙpositor. siue etiā arbiter. nō est standū uniquo arbitrio. sed reducendū est ad arbitriū boni viri. id est iudicis loci. ff. pro socio. l. si societatē. imo z si iurasset debet reuocari. ex de iureiurā. c. Quintauallis. Bern. nō tm̄ ꝓpria auctoritate venit contra iuramentū. Nota rentia inter arbitrū. de quo hic est sermo z arbitratoreꝝ qz arbiter dicitur qui eligitur vt iudex. vt sez ꝓcedat seruato in substātialib⁹ ordine iudiciario. z litem dirimat coram se cepta vel coram alio. sed ordine iudiciario seruato. licet posset eā dirimere si vult etiā unique. ff. de arbi. l. i. nec est vis si sit ꝙmissuz cū pena vel sine. pena. vt et sñ. ylla stipulatōe electa⁹ simplr. Cui⁹ arbitriū emologatur. vel taciturnitate decē dierū vel exp̄sse. L. de arbi. l. penul. Omnes enī isti ordinē seruare debēt. z agetur ad obseruantiā arbitrij. siue stipulatōne. siue excōicatione. ex. l. vt no. de arbi. L. Dilecti. Arbitrator aūt est qui eligitur vt aliq̄d estimet vt p̄cium vel opas vel ptes socie tatis. vel q̄d sibi videat de aliqua re sine ordine iudiciario dicat. vel vt sup ea arbitret. ff. pro socio. l. Si societario. z de ver. obli. l. Si quis arbitratu. Nec facio vim an tē ptes iurauerint stare dicto hmōi arbitratoris. vel quia nō semp redigendū est ad arbitriū boni viri. ff. de ꝓbo. obliga. Sic q̄s. Quidā dicūt idem z si sub pena stipulate sunt stare hui⁹ arbitratoris arbitrio. s. q̄ nūq; pōt petere penā nisi cessauerit soluere id ad q̄ p arbitriuz hōi viri redactū est dictū arbitratoris. ar. pro bis. quō obstante iuramento z stipulatōe sine pena p̄nt petere q̄ dictū eius redigat ad arbitriū boni viri. cadē rōne et si cū pena ꝓmisit. Alij tm̄ ꝯdicunt. Item nō facio vī vtrū iste arbitrator fecerit lite contestari in ptes vel etiā si sententiā in scriptis pronūciauerint. vel simplr nudo ꝓbo. quod sibi visum fuerit dixerit. Nā coram eo nō est iudicium. vel quasi iudiciū. sed totū positū est in sua voluntate. Predictarū aūt solēnitatū obseruatio nō est nūc coram

Arbitri

iudice vel arbitro. z ita nō pōt dici litis contestatio vl' sententia. Sed q̄d dices si compromissum sit factū vt possit procedere seruato ordine iudiciario z nō fua/ to. Rñdeo. hec verba sic sūt intelligenda. vt compromit/ tat in eū tanq̄ in arbitrū. Et b̄ innuūt illa verba serua/ unt vel nō seruato. Si. pcesserit vt arbiter. l. seruato ordi/ dine nō rediget dictū eius ad arbitrū boni viri. Itē nota q̄ si dicūt ptes. Eligimus eū i arbitrū simplr nō intelligit vt arbitrator electus. nisi exp̄ssim nō rear de ꝛria intentōe. puta q̄ dixerūt q̄ possit procede re nō seruato ordine iudiciario. Itē si dicūt. Eligim⁹ ta lem in arbitratorē vel in bonū virū qui determinet q̄/ stiones nostras nō intelligit electus arbiter. nisi appa/ reat ex alijs verbis. Ita nota q̄ dictū arbitratoꝛ nū/ q̄ emologat taciturnitate decē dieꝝ. sed si expresse illud cōfirmēt partes. perit exceptio quasi trāsactōnis vl' pa/ cti. Dictū arbitri pcedentis ordine iudiciario electi sine pena emologat. C. de arbi. l. penul. nec vn q̄. z si uniquū/ q̄ sit. redigit ad arbitrū boni viri. Itē nō mutat dictū ar/ bitratoris nisi in modico ledat. ff. de op. liber. l. Si liber/ tus. Itē dictū arbitri nō mutat etiam si grauiter ledat imo si pena fuit promissa agit ad ipam. C. de arbi. l. i. Et si nō fuit promissa stipulatio inter ptes sit agit ad iter esse. ff. de arbi. l. Diem. pferre. Et si simplr compromissū sit. z sniā expresse per partes emologata fuerit. vel infra decē dies nulla ps contradixerit. ozit ex sniā actio z exce/ pto. vt. C. de arbi. l. Ne in arbitris in fi. Hec oīa Inno. Item nota q̄ qui iurat stare dicto arbitri sub pena. euadit periurū soluendo penā. dū tn ante decendium contradixerit. si arbitrū penalē pōt emologari. al's iura mentū mutaret obligatoꝛem. Vñ z qui trāsegit sub iu/ ramento z pena tenet̄ pcise transactōem seruare. q̄ hec ē natura trāsactōis. Qui ãt iurauit dare stichū aut pā/ filiū sub pena nō ꝓter hoc tenet̄ dare stichū. Nō em̄ vt det facere de alternatiua absolutā. sed fortificat solum. Hec Pe. de pac. in. vij. dis. xxvij. q. i. ar. i. conclusiōc. iij. Arbitramentū latū absente parte z irrequisita. fm Pe. ō verbo. obli. l. Si quis arbitratu nō valet. Idem Ly. et Bar. Item sciendū q̄ arbiter nō pōt punire testē q̄ dicē falsum testimoniū cōtra eo. vel ptes pducentes falsa in/ stru mēta. si solū est arbiter vel arbitratoꝛ. z nō alius iu/ dex hīs merū imperiū. q̄ z aliquando in tales cōpro/ mittit. Et ratio est. q̄ punitio seu punitēdi potestas nō est nisi p iurisdictōem attributa. sed arbiter vt arbiter caret omni iurisdictōe. quod patet. q̄ ab eius sniā nō appellat. nec ex ea ozit actio vel executio. vt. l. i. C. de ar/ bi. Item pōs arbitri est ita limitata q̄ de reb⁹ extra cō/ promissum z ptes compromittentes nullo mō cogno/ scit sed testis in cū nō cōpromisit. ergo nō pōt cū puni/ re. Nec obstat q̄ arbitria sunt redacta instar iudiciorū. vt. l. i. ff. de arbi. Quia b̄ est verū q̄tū ad ea tantū que compromittunt. Sed falsitas testis est oīno extra cau/ sam z psonas compromittentes. De sumptib⁹ tn̄ pōt condēnare. licet b̄ nō sit compromissum exp̄sse. q̄ causa sumptuū nō est extra cām z psonas cōpromittentes. Iz si esset arbiter hīs iurisdictōem a statuto ciuitatis. vel iudex alis z haberet merū imperiū posset punire nō vt arbiter. sed vt iudex testē deponentē falsuꝫ cōtra arbitro ponit. C. de testi. l. Cum apud. Hec Ange de Peru. Itē extra eo. c. Cum dilectus. ōz q̄ arbitri iudicare non va/ lent nisi de his tantū super quib⁹ in eos exciterat com/ promissum. Ubi dicit glosa. Nota q̄ arbitria stricta via Dita arbi/ trū. z iu/ dicij. incedūt. Nā id solū venit in arbitrium. de quo scilz dū/ etuz est vt veniat. ff. eo. l. Si cū dies. Itē arbiter nō pōt punire ꝓtumaciā litigatoris. scz mulctādo. sed in expē/ sis condēnando pōt. q̄ cognoscit de itereſſe nec potest cogere. nisi in casu qui habet de offi. delega. c. Suspitio/ nis. Et hoc est verū q̄ nō pōt punire contumaciez nisi cōtumelijs ad hoc actū sit. ff. de iudi. l. ij. Item arbiter nō potest pronūciare. nisi vtraq̄ pte ꝓsente. nisi hoc in/ ter litigatoꝛes cōuenerit. ff. eo. l. Diem. §. Si quis. Itē nō potest citare ptes nisi ad locū in q̄ compromissum factū est. ff. eo. l. Si cū dies. Sufficit tn̄ q̄ in cadē ciui/ tate in qua factū est compromissum citet partes. Item arbiter nō pōt delegare arbitrū. ff. eo. l. Si cōpromissū. Item satisdatio nō ꝓstat cōtra arbitro. q̄ sufficit pene p/ missio. Cū em̄ ptes conuenerūt stare sniē arbitri sub cer/ ta pena. potest peti pena posita ab ea pte que recedit a sententia qua pena soluta cogi nō potest vt tali stet sen/ tentie. nisi in ꝓmisso dictū sit vt etiā pena soluta vl' nō stetur arbitrio nihilomin⁹. xxvi. q. v. Quicūq; Ber. in glo. sup c. Dilecti eo. ti. Item in arbitrio mora nō pt purgari vbi ꝓfixus est dies ab homine. ff. eo. l. Celsus. secus in iudicijs. Item sniā arbitri nō infamat. z b̄ ido q̄ nō potest cognoscere de crimīe q̄d infamet. ff. eo. l. nō distinguemus. In his omnib⁹ discrepāt arbitria a iu/ dicijs. Item z in alio. nā si ptes renunciant appellatōi z pactū faciūt de nō recedendo ab arbitrio. nihilomin⁹ recedere possunt soluta pena apposita. vt dictū est. sec⁹ circa iudicia. sed in quibusdā ꝓcedūt. quia p vtrūq; i terrumpit̄ prescriptio. z q̄tum ad iuramentū de calū/ nia. Berñ. Item ex eo. Contingit. ōz generaliter pro/ bibemus. ne sup rebus spiritualib⁹ cōpromittat in lai/ cum. Ubi dicit glo. q̄ in laicū de reb⁹ mere ciuilib⁹ qui/ bus nullū spirituale est annexū bene potest cōpromit/ ti in ecclesiasticis temporalib⁹ reb⁹ ar. hic q̄ prohibet tantū de spiritualib⁹ reb⁹. quia q̄d de vno prohibetur de altero concedit. dis. xxv. c. Qualis. Si vero cōpromittā/ tur in laicum de reb⁹ spūalibus nō tenet arbitrium. vt hic. Sed si ꝓmittat in clericū z laicū sine auctoꝛita/ te ēdem supioris etiam nō valet. Sed interuenīente au/ ctoꝛitate episcopi. nō potest in laicū tantuz cōpromitti. sed solū auctoꝛitate pape. di. xxij. Preter h̄. §. Uerū. z ij. q. v. Mennam. Unde dico q̄ laicus nullo modo de rebus spiritualib⁹ iudicare potest. nec pncipaliter nec i cidenter. Berñ. Item soluit̄ compromissum per mortē alterius ꝓmittentis. extra eo. Ex parte. z etiā p mor/ tem alterius arbitroꝛ. ex̄ de offi. dele. c. Uno delegatoꝛ. Et hoc verū nisi fiat mentio in compromisso. q̄ trāseat ad heredes vtriusq; ptis ꝓmittentis. Sec⁹ i iudicijs quia illa transeunt ad heredes. z si de ipis nō fiat men/ tio. Berñ. Item cū ab vno de pluribus arbitris vel iudi/ cib⁹ alijs pnūcib⁹ etiā mandātib⁹ scripta sententia reci/ tatur. pro eode est ac si ab omnib⁹ esset recitata. Opor/ tet aūt vt recitans nō vtatur ꝑbis singularis numeri. sed pluralis dicendo. Nos tales arbitri vel iudices p/ nunciamus &c. nisi in arbitris super electione que de/ bet fieri ab vno vice omniū. ex̄ de sniā z re iudi. c. Cum ab vno li. vi. Itē nota fm Berñ. ex̄ de offi. ordi. in glo. in. c. Cum ecclesiaꝝ. q̄ quilibet platus collegiate ecclie licet subsit episcopo est iudex ordinarius z habet iurisdictōem cognoscendi z excommunicandi. vt in isto. ca. Et ille prelatus hoc facere potest z habet talem iurisdi/ ctionem. qui est electus a collegio seu vniuersitate. ex̄ de elec. c. i. Et idem intelligo si preficiatur collegio vel vni/ uersitati ab eo q̄ habet administrationem cum iurisdi/ ctione. puta episcopo Berñ. De b. s. c. v. §. i.

De triplici modo procedendi in iudicio. et primo de modo procedendi per inquisitōez. Lapim septimū.

De crimine aūt cōtra aliquem procedit̄ trib⁹ modis pncipaliter in iudicijs. videlicet per accusatiōem. de/

nunciatōem. ꝛ inquisitōem. Et ad accusatōem requirit inscriptio. Denūciatōez dz precedere caritatiua mōitio Inqsitōem debet pcedere clamosa insinuatio. ex ō accusa. c. Super his. ꝛ. c. Qualiter ꝛ qñ. Potest ꝛ addi ḡn/ tus modus cum crimen scilicet obijcitur in modum exceptionis. eo. ti. ca. Inquisitionis.

De inquisitione vici .§.I.

orū facienda sic ait Inno. ij. in concilio generali. extra ō accu. c. Qualiter ꝛ qñ debeat plat⁹ pcedere ad inquirendū ꝛ puniendū subditoz excessus. ex auctoritatib⁹ noui ꝛ veteris testamēti colligit euidenter ex quib⁹ posstea processerunt canonice sanctiones. Legit em̄ in cuāgelio Luce. xvi. c. q̄ villicus ille q̄ diffamat⁹ erat apd dūm suū. quasi dissipasset bona ipius. audiuit ab eo. quid hoc audio de te. Redde rationē villicatōis tue. iā em̄ nō poteris amplius villicare. Et in Beñ. xviij. dominus ait. Descendā ꝛ videbo vtrū clamorē qui venit ad me opere ꝓpleuerint. Ex quib⁹ auctoritatib⁹ manifeste probat q̄ nō solū subditus. verū etiā cū plat⁹ excedit. si per clamorē ꝛ famā ad aures superioris peruenerit nō quidē a maluolis ꝛ maledictis sed a prouidis. nec semel tm̄ sed sepe. qđ clamor innuit. ꝛ diffamatio manifestat. dz coīā ecclesie sentoribus vitarē diligēt⁹ pscrutari vt si rei poposcerit qualitas. canonica districtio culpā feriat delinquētis. nō tn̄ idem sit actor ꝛ iudex. sed qsi denūciante fama vel deferente clamore officij sui debitū exequat. licet aūt hoc sit obseruandū in subditis. diligentius tn̄ obseruandū est in plat⁹. qui qsi signū positi sunt ad sagittā. q⁹ nō possūt oībus complacere. cū ex officio suo teneant nō solū arguere. sed etiā increpare. qñq; etiā interdū suspendere. nōnunq; vero ligare. frequēter odiū multoz incurrūt ꝛ insidias patiunt. Et ideo sancti patres prouide statuerūt. vt accusatio platoz nō facile admittat. ne ꝓcussis colūnis corruat edificiū nisi diligens adhibeat cautela p quā nō solum falsē. sed etiā maligne criminationi ianua pcludat. Uerū ita voluerūt prouidere plat⁹. ne crimināret iniuste vt tn̄ caueret ne delinqueret in solent ꝫ morbū vtrūq; ꝓgruā medicinā inuenīētes. Nota fm Ange. de perusio. q⁹ inquisitionū alia generalis. alia specialis. Et generalis diuidit in quatuor species. Prima est generalis quo ad delicta ꝛ quo ad psonas. vt cū preses inquirit. si sint hoīes facinorosi pena digni. ꝛ de hac loquit lex ꝓgruit. ff. de offi. pōsi. ad. l. iulu. repe. Quedā vero ē inqsitio generalis quo ad psonas. sed specialis quo ad delicta. ꝛ cū preses inquirit contra illos qui Titium occiderūt. Et ō hac loquit lex mādat⁹. ff. de condi. ob tur. cau. Quedā est generalis quo ad delicta. sed specialis quo ad psonas. vt cū inquirit p visitatorē ecclesie cōtra psonas existētes in ecclesia ad inuestigandū ꝛ puniendū crimē p aliquē eoz ꝓmissum p qō debet monasterū reformari in aliq̄. De hac loquit. c. Per inquisitōem. ex ō accu. Uñq; tn̄ est inquisitio generalis q̄ ad psonas de necessitate. vt cū inquirit de aliquo maleficio ꝫ ciuitatē ꝛ homines illius. nec sunt hoīes specificādi. de hac loq̄ pōt. C. de mono. c. i. Specialis aūt inquisitio q̄ ad psonas ꝛ delicta est. vt cū de certo ꝛ limitato delicto pses seu plat⁹ inquirit ꝫ certā ꝛ limitatā psonā. De hac loquit lex ea quidē. C. ō accu. De formis dictandis in hmōi inquisitionib⁹. Forma iq̄sitōis generalis quo ad personas. specialis quo ad delicta hmōi est. Hec est inquisitio que fit ꝛ fieri intendit p. A. potestatē ꝛ. N. eiusdē malefician eoz ex eoz ꝛ cuiuscunq; eoz officio arbitrio ꝛ balia ꝫ oēs ꝛ singulos illos qui tali loco ꝛ tpe Ticium occiderūt. ꝛ occidentib⁹ pstiterūt auxiliū ꝫsilium vel fauorē. Hec forma sumit ex dicꝫ Inno. Forma inquisitionis generalis. quo ad delicta. specialis q̄ ad psonas est talis. Hec est inquisitio q̄ fit ꝛ fieri intendit per. N. syndicū. ꝛ syndicatorē electū. ꝛ assumptū per cōmune perusij ad syndicandū. A. olim potestatē dicte ciuitatis pro sex mensib⁹ iam elapsis inchoatis ꝛc. ꝫ oēs ꝛ singulos suos iudices. notarios. milites. domicellos. berruarios. ꝛ familiā vniuersam dicti olim prātis. Inco. de eo. ꝛ sup eo. q⁹ ad aures dicti iudicatorius pluries pcenit q⁹ dictus. A. olim potestas ꝛ dicti eius iudices. milites. notarij. domicelli. berruarij. i dicta ꝛ in dicto palatio residente coz posito infra tales ꝓfines ꝛc. Mꝭ tas diuersas ꝛ varias extorsiones. beraterias. furta. et falsitates ꝓmiserūt. Et dictus dñs potestas non tenuit totā familiā. quā tenere debuit fm formā electōis ō eo facte. Et q⁹ dictus dñs potestas ꝛ dicti dñi iudices mꝭtos absoluerūt ꝓdemnandos. ꝛ mꝭtos innocētes ꝓdēnauerunt. qui debuerūt absolui. necvenerūt ad banchus solitū pro iure reddendo horis debitis ꝛ consuetis fm formā electōis predicte. Et predicta oīa omissa ꝛ perperrata fuerūt per dictos suos nominatos. in locis predictis. ꝛ pdicto tempe cōtra formā iuris statutoz ꝛ ordinationū dicti cōmunis. Sup q̄bus oīb⁹ ꝛ singlis ꝓnēris ꝛ dependentib⁹ ab eisdē penitus extraneis. dictus syndicator inquirit ꝛ intendit procedere ꝛ cōdemnare ꝛ punire repertos culpabiles fm formā iuris ꝛ statutoz dicti ꝓmunis. Hanc formā approbat consuetudo totius italie. Nec forma vbiq; seruat. Inuentis aūt malefactoribus specialib⁹ fit inquisitio cōtra eos spālis. Et ex ista secūda iquisitōne ad ꝓdemnatiōem deuenit. nō ex ꝑma. vt notat in dicto. c. Bone memorie. Et oīes pstes qui in ꝑmaq̄sitōe examinati fuerūt examinari ō debent postmodū in scōa. q⁹ aliter ex ꝑmis attestationib⁹ inqsitus damnari nō pōt cū testes deposuerit. eo nō citato. ꝛ sic testimoniū eoz erat nullū in eius ꝑiudicium. C. de testi. l. Si quādo. Uuismodi forma inquisitōnis specialis. quo ad personas ꝛ quo ad loca est hec. Inquisitio quā faciūt seu facere intendūt potestas. iudex malefactoz eius cōtra talem. In cotali cīratis ꝛ iudex malefactoz eius cōtra talem. Jn co. de eo. ꝛ sup eo. q⁹ fama publica pcedente. ꝛ clamosa. insinuatōe referente. nō quidē a maluolis ꝛ suspectis. sed ab honestis ꝛ fidedignis ad aures pdictoz pueriq; dictus Titius de hoc āno de mense maij dicti anni arma dū tenebat in manu dolose sciēter ꝛ appensate animo ꝛ intentōe infrascriptū homicidiū ꝓmittendi spū dyabolico. ꝛ deum p oculis nō habendo. sed humani generis inimicum fecit impetū insultum ꝛ aggressum. mouendo se de loco ad locū in ꝛ cōtra psonā N. ꝛ ipm̄ vulnerauit in capite dicti. N. cū dicto cultello. vna pcussione et vulnere. ex qua percussione dictus. N. in cōtinēti mortuus est. Et predicta oīa commissa ꝛ perperrata fuerūt per ipm̄. N. in psonam dicti. N. ipe sup dicto. anno ꝛ intentōe predictis in ciuitate Perusij. talu loco pparte tales cōfines. cōtra formam iuris statutoz ꝛ ordinationis dicte ciuitatis. Hanc aūt formā probat. l. libello rum. ff. de accu. quā obseruat practica. Jdeo aūt pōitur locus ꝛ tempus. quia hec sunt de substantia iquisitōis sīē et de substantia accusatōis. Jdeo ponit fama publica pcedente. quia fama loco accusatōis succedit. Unde nisi precedat nō debet inquiri. extra de accu. c. Cū oportet. ꝛ. c. Qualiter ꝛ qñ. Jdeo dicit a fidedignis. quia si nō sūt fidedigni facientes famā. sed suspecti. maliciosi. vel maluoli. ex eoz fama nō debet ad inquisitōem pcedi. vt in. dicto. c. Qualiter qñ. Nodie tn̄ Perusij de consuetudine nō seruatur. q⁹ pars nūq; petit copiaz fame sibi dari eo q⁹ ex forma statutoz pōt de oī crimīe inqri. Unde in dicta cīrate inquisitio est auxiliū regulare sīē

Inqsitio nū gene/ra.

Forma iq̄sitionis

Forma iq̄sitōis ad loca.

accusatio. Cessante statuto ⁊ consuetudine. bene posset
peti copia dicta. Si fieret inquisitio de alijs criminibꝫ
quibuscunqꝫ. a simili debet fieri ſm ea que concurrunt
ad actus illos expmentia maleficiū siue delictuꝫ.

In quibus causis .§. II.

possit fieri inquisitio. Angelus de Perusio circa h̄ po-
nit varias opiniones. ⁊ pmo. opini. glo. iuris ciuilis di-
cit in. §. Si publico ꝙ nō pōt fieri inquisitio nisi ī his
casibꝫ. Primo rōe iniurie illate presbyteris aut coꝝ mi-
nistris etiā in loco occulto existētibꝫ. vt. in. l. Si qs ī h̄
genus. C. de epi. ⁊ cle. Scd̄s casus in crimīe suspecti tu-
toris. l. iiij. §. Preterea. ff. de suspe. tu. Tertius in charta
falsa producta corā iudice. l. Jubemus. C. de probatio.
Quart⁹ in falso teste. C. de fal. l. Ubi. Quītus in crimi-
ne notorio l. Ea quidē. C. de proba. Sextus in casib⁹
notatis in dicto. §. Si publico. Alia opinio dicit ꝙ li-
cet h̄ verū sit de iure. de ꝯsuetudine tn̄ de quolibet cri-
mine pōt inquiri fama publica p̄cedente. ⁊ clamosa in-
sinuatōe referēte. Et ita refert Al. d̄ Gandino. Sꝫ opi-
nio glo. pmo positā Ange. reprobat in hoc ꝙ dicat tm̄
in dictis casibꝫ posse inquiri ⁊ nō in alijs. Ponit em̄ et
ipe alios casus in quibꝫ pōt inquiri. s. ꝯ omnē sacrile-
gū. latronē. ⁊ plagiariū. l. iiij. §. mādatis. ff. ad. l. iuli. pe
cul. Itē cōtra facientē seditōem in ciuitate. in auten. de
manda. pn. §. finali. Itē videt̄ posse inquiri regulariter
cōtra omnē malū hoiem. l. Congruit. ff de offi. psi. Nico-
laus de Nacta in quadā sua disputatōe recedens ab il-
la opinione glo. ponit sex casus in quibꝫ pt̄ inquisitio
fieri. quos Bar. ibi assumit p regulis in dicto. §. Si in
publico. quoꝝ pmus est ad denunciatōem officialis. s.
publici ad hoc deputati. vt cū ꝑ statutū deputant̄ ī co
mitatu officiales. ne maleficia committant̄. vt l. Diuus
ff. de custo. reoꝝ. Scd̄s pōt inquiri ꝓpter p̄cedentē inci
dentē cognitōem. vt in falso teste. C. de testi. l. Nullum.
Tertius ꝓpter p̄cedentē generalē inquisitōem. alias fru
stra fieret. l. Congruit. ff. de offi. p̄si. Oportet tn̄ inuen-
to malefactore fieri circa eū specialē inquisitōnem ad h̄
vt ꝯdemnari possit. Quart⁹ vbi maleficiū corā iudice
cōmittit̄. vt falsa charta. C. de proba. l. Jubem⁹. Quin-
tus ꝓpter atrocitatē criminis ⁊ iniuriā factā clericis. vt
in. l. Si quis in h̄ genus. C. de epi. ⁊ cle. Sextus ꝓpt̄ cri-
minis notorietatē. vt dicta. l. ea. Addit Bar. septimum
vbicunqꝫ sine metu calumnie ⁊ sine solēnitate inscripti
onis procedit accusatio. ibi etiā pōt inquiri qd̄ probat
ꝑ rationes. Sed istud septimū reprobat Ange. ⁊ addit
aliū casum. s. in crimine suspecti tutoris. Alioꝝ opini.
est ꝙ duplex est inquisitio. Una q̄ pncipaliter fit ꝓpter
se ex officio iudicis nobili. Alia mercenaria seu incidēs
que fit ex officio iudicis mercenario seu incidenter. Et
pma inquisitio fit tribꝫ modis. Primo qn̄ per famā im-
ploraẗ. vt in. l. Insinuas. C. de offi. rec. puin. Naꝫ fama
tenet locū accusatoris. vt in. c. Qualiter et qn̄. de accu.
Scd̄o qn̄ ꝑ pmotorē prouocat̄. extra d̄ accu. c. Cū opor
teat. Tertio qn̄ ꝑ publicā denunciatōem excitat̄. l. Ea q̄
dem. C. de accu. Et subdit Ange. hoꝝ opi. iure canoni
co credo verā. quo iure inquisitio est remediū ordinari
um. extra de sen. excom. c. Cū desideres Sed iure ciuili
ex sola fama nō inquirit̄. Demū ipe Angelus ponit su
am determinatōem per distinctōem. Dicit em̄ ꝙ inqui-
sitio fit duabus de causis. qꝛ aut ad puatā vtilitatem
pncipaliter. aut ad publicā. Ad puatā aūt vtilitatē re
gulariter nō fit inquisitio. qꝛ que in iudicio agunt̄ ad
ꝑtis postulatōem agenda sunt. nō ex officio. ff. de iudi.
l. Qui semel. Fallit hoc in casibꝫ. scꝫ suspecti tutoꝝ. quo
ad vtilitatē pupilli requirit̄ nemine postulante. Et ī da
tione tutoris q̄ dari pōt ex officio nemine petente. Itē

Casus in publico. | qsitionis

⁊ censitor pōt ad vtilitatē priuatā inq̄rere. Itē pretor
inquirit cōtra executores publicos ad puatā vtilitateꝫ
ne interim tributis ⁊ alijs vexent̄ vexationibꝫ. vt in au
ten. de man. pn. §. Coges. Itē eps in causa vsuraꝝ inq-
rit contra vsurariū. vt vsuras puato restituat. vt de iure
iurā. c. Ad nostrā. Si ad publicā vtilitatē fit īquisitio
tunc aut in causis ciuilibꝫ. aut in criminalibꝫ Si in ci-
uilibus regula est. ꝙ in omnibꝫ causis mere ciuilibꝫ et
numerarijs pncipaliter vtilitatē reipublice ꝯcernētib⁹
pōt procedi per inq̄sicōem. vt. C. de bo. po. l. Si qs. In
causis vero criminalibꝫ do quatuor regulas. quaꝝ pri
me tres sunt affirmatiue. qrta negatiua. Prima regula
est. ꝙ vbicunqꝫ crimē est tale. ꝙ accusando iuris solen-
nitas relaxat̄. de illo pōt inquiri. probat̄ hec regl̄a. C. d̄
accu. l. Ea. Un̄ qꝛ cū procedit̄ ꝑ accusatōem in mltis so
lennitas iuris relaxat̄. ideo de eo potest inq̄ri. Qd̄ etiā
notat Inno. in. c. Uestra. de coha. cle. ⁊ mulie. Et īde est
ꝙ ad denūciatōem publici officialis pōt inq̄ri. qꝛ ꝑ talē
denūciatōem fit crimē notoriū. Scd̄a regula est ꝙ vbi
cunqꝫ ꝯmittit̄ crimē corā iudice. ita ꝙ offendat̄ pars vl̄
iudicis maiestas pōt inquiri de eo probat̄ hoc. C. de te-
sti. l. Nullū. Un̄ si qs corā iudice producit falsum testē
vel vtit̄ falso instrumēto. qꝛ offendit aures iudicis me
rito ꝓpter offensam iudicis maiestatis ⁊ ꝑtis pōt cōtra
eū inquirere. Tertia regula est. ꝙ vbicunqꝫ crimē est de
atrocioribꝫ fama publica p̄cedente a fidedignis pōt in-
quiri. pbatur hoc. l. iiij. §. mādatis. ff. ad. l. iuli. pecu. vi-
deo em̄ in istis actionibꝫ iuris solēnitatē relaxari. ḡ po-
terit iq̄ri. Interest eīn reipublice atrociora delicta puniri.
vt puincia mal'hoib⁹ purgata remaneat. Et reputatur
inter atrociora iniuria q̄ fit clericis. vt. C. de epi. ⁊ cle. l. si
quis in h̄ genus. Quarta regula est negatiua. s. ꝙ ī his
casibꝫ exceptis nō pōt in criminalibꝫ causis inq̄ri. pro-
bat̄ hoc ꝑ. l. rescripto. §. si qs accusat⁹. ff. de mu. ⁊ hono.
Hoc videt̄ intelligendū qn̄ iudex inq̄rit ad denūciatio
nē ⁊ instantiā alterius. nō aūt ex mero officio suo h̄ agit
vel intelligendū h̄ de iure ciuili. secus de iure canonico
qꝛ pōt ⁊ in alijs casibꝫ inq̄ri ⁊ ita practicat̄. qd̄ etiaꝫ de
claraẗ in §. sequēti. Pōt aūt inquisitio impugnari sem
per cū in aliquo coꝝ que sunt de substantia inq̄sitōnis
deficiat. sicut accusatio. cū defect⁹ sit in substantialibus.
Et tunc ex hmōi defectu substantialiū nō posset proce-
di ad ꝯdemnatōem. qd̄ verū est nisi inq̄situs sit confes
sus crimē vel nō opponat talē defectū substantialium.
Nam ex inquisitione deficiente in substantialibꝫ cōtra
ꝯfessum crimē. nō opponētē defectū substantialiū pōt
sequi ꝯdemnatio. vt expresse d̄r. c. i. de cōfessio. li. vi.

De substantialibus .§. III.

inq̄sitionis dicit Ange. ꝙ quiqꝫ sunt necessaria. Pri-
mū est ex ꝑte iudicis inq̄rentis. ⁊ hoc est ꝙ sit ꝯpetens
iudex. al's nō tenet inq̄sitio. vt de re. iu. Ea que fiunt li.
vi. Ubi sciendū ſm ipm ꝙ ī causis meri imperij. vt sūt
criminales cause. sol⁹ iudex hn̄s merū imperiuꝫ potest
pncipaliter inq̄rere. qꝛ eius negocij sol⁹ ipe habet iuris-
dictōem. ff. de iuris. om. iudi. l. Jubere. Incidenter autē
iudex ciuiliū causaꝝ pōt inquirere de causis meri impe
rij. C. de testi. l. Nullū. Ut cū testis deponit falsū coram
iudice ciuiliū causaꝝ. ⁊ nō habente merū imperiū. Naꝫ
tunc rōe incidentis cognitionis causa meri imperij de-
uoluta est ad suā iurisdictōem. Et punit talis inq̄rens
īquisitū. ſm aliquos pena extraordinaria. ſm alios or-
dinaria. Sed hic notandū ꝙ si clericus deponit falsū
corā laico ꝙuis in hoc casu glo. in dicta. l. Nullū. ⁊ ſm
Cy. clericus possit puniri ꝑ iudicē laicū. Ray. ꝯtrium di
cit ꝑ. c. Si diligenti. ex de fo. compe. Et iure q̄dem anti
quo ciuili glo. ⁊ eā sequētes verū dicunt. sꝫ iure canoni-

Titulus Nonus

co. Ray. verū dicit. ꝛ sic tenendū est. C. de epi. ꝛ cle. et in auten. Stauim⁹. In causis vero auilib⁹ ꝛ pecuniarijs ad publicā vtilitatē spectantib⁹ inḡrere poterūs iudex ad cui⁹ iurisdictōez officiū ꝛ cognitōem talis causa spectat. Ad ꝓuarā aūt vtilitatē. vt ad remouendū tutorez vel curatore. tanḡ suspectū rome ꝓtor inḡrit vel subdelegat⁹. in ꝓuincia proconsul. Et cū hodie ptātes terraꝝ in terra quā regūt teneāt locū ꝑsidis. cōra eis agenda ē. questio suspecti tutoris. ad inquirendū vero ꝓtra vsurarū. vt vsurā restituat pñt inquirere ordinarij locorū. et eoꝝ vicarij. ꝛ de vsuris. c. Ad nostrā. Secundū qd requirit qd ex pte inquisiti est vt sit de iurisdictōne iudicis inḡrentis quo ad istū articulū. alⁱs nō posset contra ipm inquirere. ex de fo. cōpe. Si diligenti. ꝛ autēti. Statuim⁹. de epi. ꝛ cle. Tertiū q requirit est ex parte cause seu materie de qua inquirit. qd ꝓ tanto dr. qr nō semp in omni negocio pōt procedi p inquisitōem. sed tm̄ in quibusdā. de quib⁹ dictū est in. §. ꝑcedēti. Quartū qd requirit ex pte cause inḡrātis inquisitōem. qd dr. ꝓ tāto. qr fama publica ꝛ clamosa insinuatio a fidedignis procedēs. incitat iudices ad inḡnirendū. adeo q inquisitio fieri nō pt. nisi procedat diffamatio a viris bonestis. nō maliuolis ꝛ maleficis. nō semel sed plīes. ꝛ q sit tanta q scandalū generet. nec tolerari posset sine periculo. vt in. c. Qualiter ꝛ qñ. in fi. de accu. Hoc tm̄ fallit in certis casib⁹. Primo vbi inquirit ad remotōem. prelatoꝝ regulariū. qr tūc nō est necesse q diffamatio sit tanta q sine periculo vitari nō possit. vel q scandalū generet. Et est rō. qr tales facili⁹ remouēt ab officijs suis. vt in. c. Qualiter de accu. Itē fallit vbi inquisitio fit ꝑ ptē ꝛ nō apponente se diffamatū nō esse. vel diffamatiōnē ꝑcessisse nō legitime. vt de accu. c. ij. li. vi. Itez fallit vbi inquisitio format ꝓtra ꝓfessum crimē. c. i. de ꝓfessi. li. vi. Itē fallit in inḡsitōne generali q fit contra caput ꝛ mēbra ecclesie alicui⁹ ciuitatis. castri vel loci. de delicto in genere de q loquit. c. i. extra de offi. ordi. ꝛ ita tenet hostien. in sūma. Et p hō patet q syndicatores rectoꝝ ꝙqui syndicāt caput ꝛ eius mēbra. puta prātem. capitaneuz vel⁹ officiales. pñt cōtra eos inquirere in genere de dictis ꝓmissis p eos in eoꝝ officio. nō ꝑcedēte fama publica. vel clamosa insinuatōe. ꝛ ita de ꝙsuetudine seruatur. Fallit etiā qñ p inquisitorē ꝑcedit ad denūciatōez publici officialis. vt de offi. custo. c. in fi. ꝛ ita tenet hostien. Itē fallit cū iudex inquirit ex mero ꝛ puro officio. ꝛ nō ad instigatōem alterius. vt in. c. i. de offi. ordi. Et p hoc sint cauti rectores terraruz. q ad hoc vt ab eis non possit peti copia diffamatōis. semp cū formāt inḡsitiones dicāt. Nec est inquisitio quā facit talis. M. cōtra talem. M. ex suo mero officio. Itez fallit vbi iudex ex necessitate sui officij inquirit vel vbi vertit periculū aīaꝝ. ibi nō est necessaria diffamatio fm formā ꝑdictam. In criminali vero in quo iudex procedit ex necessitate officij. nō est necessaria diffamatio. qd notandū pro inquisitionib⁹ q fiunt hodie p rectores terraꝝ. an sit necesse diffamatōem ꝑcedere. ¶ Ā si de necessitate officij inquirere tenēt. nō est necessaria diffamatio. Sz si inquirit ex volūtate. nō necessitate. tūc si inquirit ad petitōem alterius est necessaria diffamatio. si vero ex mero officio vel ad denunciatōem publici officialis. nō est necesse diffamatōem ꝑcedere. vt dictū est Quintū qd requiritur ꝛ substātia inquisitōis est ex pte forme. vt sz inquisitio sit apta ꝛ cepta et habeat debitā formā. alⁱs nō pōt seq condemnatio. vt in. c. Qualiter. ꝛ inquisitōis. ꝛ. c. j. Cū oportet. de accu. De quib⁹ formis dictū est supra. §. primo. Debet ergo in inquisitōne apponi locus ꝛ tempus delicti tanḡ substātialia. alia vero opportuna substātialia ī libello accusatōis fm formā libelloꝝ instituta. de pub. iudi. ꝛ fm glo. ibi. ꝛ fm Inno. non debent obseruari in inquisitōne. Sed Jaco. But. quē sequit Ange. dicit q̄ exceptā inscriptione omnis alia solennitas quę seruat ī accusatōne seruāda est in inquisitōe. Itē in inquisitōe debet procedi ꝙ ꝑsentem. nā si absens est ꝛ per se ꝓcuratā nō absentauerit. citandus est. Sed b̄ de ꝙsuetudine nō seruat. qr semp inquirit de delicto. siue inquisit⁹ sit ꝑsens siue absens p ꝓcuratā vel nō. Itē q̄uis litis cōtestatio fieri nō debet in casu inquisitōnis. qr ꝓtestatio litis sit q̄ interrogatōem vel responsionē rei aīo litē ꝓtestandi. vt. l. i. C. de li. ꝓtesta. Sed hic nō est accor. ergo ñ est dare litis ꝓtestatōem. fieri tñ debet p iudicē interrogatio ꝛ per eū rñsio. Itē q̄uis inḡrendus debeat interrogari de his de quib⁹ iudex debet inquirere. ad hoc vt ipe habeat facultatē se defendendi. ꝛ postea si inquisitio debeat formari. si ordo iste puerit. s. q ꝑ⁹ fiat inḡsitio q̄ inḡsitus interrogef. inḡsitio est nulla vt in dicta. Qualiter. Sed b̄ de ꝙsuetudine nō seruat. ꝛ ꝓiuz. Itē si iudex inquirat ex officio nō tenef se inscribere. sed charitatiuā denūciatōem facere. Item in inḡsitōe inḡrens facit ꝓclusionē p hec verba. Sup quib⁹ omnib⁹ et singulis dependentib⁹ ꝛ ꝓcepis ab eisdez. ꝛ prorsus ex tractis dictus iudex inquirit. vt supra dictū est. Et cū valde vtile banc ꝓclusionē facere. qr p hanc ꝓclusionez iudex ītentat certā legē in puniendo. ꝛ b̄ notat Bar. Itē cū iudex inquirit de homicidio ꝙ Titium fuisse culpabilem de furto vel adulterio. ꝺ illis sz furto ꝛ adulterio ꝓdemnari nō pōt. qr respectu furti vel adulterij nullus est ꝓfirmatus locus. nullūq̄ temp⁹ deductus. ergo ꝛc. Qꝺ verū est. nisi de crimine ꝓstaret per ꝓpriā confessionē. qr tunc licet illud crimē nō in inḡsitōe deductū rōne confessionis. pōt sequi condēnatio. cē de ꝓfessi. c. ij. li. vi. Et ratio est. qr tunc nulle sunt ptes iudicis in ꝓfessum nisi in ꝓdemnando. Que aūt probationes requirantur. vt ex inḡsitione possit sequi ꝓdemnatio. dic q qñ ī quirit ꝓtra laicū de crimine requirunt ꝓbatōnes aptę ꝛ necessario ꝓcludentes. vt in l. Sciant. C. de ꝓba. Si vero ꝓtra religiosos inquirit de crimine reḡrunt ꝓbationes magis exacte. vt ex de ꝙmo. c. Licet. Et ꝓtra religiosum ipm ꝓbatōnes diuersimode requirunt. Nam aut aliqd inquirit contra religiosum ad correctōem fm regulā. ꝛ tunc fm eandē de plano fienda est nō seruata forma predicti. c. Qualiter. vt notat de appel. c. Repreh̄ensibilis. ꝛ J. presenti decreto statuimus vt nec ꝑclati nisi ꝛc. Aut inquirit vt ab administratōe remoueat ꝛ tūc qñ agitur de ꝑore vel abbate curā hñte aucto. rita te dyocesani instituto. est quo ad quedā seruāda forma dicti. c. Qualiter. Licet nō q ad omnia. qr nō vocabitur titōem. Et remoueri pōt a ꝑdicta administratōe leuius ꝛ ex leuioꝛib⁹ cāsis q̄ clerici seculares. Et in b̄ spectanda est ꝙsuetudo specialis locoꝝ religioso. vt in. c. Nos. de appel. Qñ vero agit de ꝑiore simplici vl alio officiali. tunc talis instituitur ꝛ destituitur ad abbatis arbitrium. vt notat Innocentius in dicto capitu. Qualiter et qnando. de accusatione.

Quando autem et §. III.

quō sit procedendū. Nota q cū subditus alicui⁹ vel etiā plat⁹ offendit. si per clamoꝛ ꝛ famā ad aures supioris pueneri nō quidē oꝛam a maliuolis iḡ prouidis ꝛ honestis. ꝛ nō solū semel sed semp debet veritatē diligēter ꝑscrutari. vt puniat si oporteat. nec ex b̄ sequit. q idem sint accusatoꝛ ꝛ iudex. sed fama est loco accusatōis. cē ꝺ ꝙmo. c. Licet hely. Et pro maiori but⁹ declaratōe dic Rich. in. iij. dis. xix. q fama mala qñq̄ ēa certo motore qñq̄ ab incerto. de ꝙse. di. iij. Sanctū. Qñ habet vtū

ab incerto motore. si ad aures plati deuenerit p clamosam insinuationē vt ex ea scandalum in populo generet debet procedere ad inquisitōem cuius nullus sit qui se offerat ad accusandū. factū vl famā. Sciēdū tn q̄ mala fama nō faciunt dicta paucor. taliter vt ꝓpter illam plat⁹ debeat procedere ad inquisitōem. extra de accusa. Inquisitionis in glo. vbi dr. dicta paucor nō infamāt. fama enī debet esse per villā siue per proclivz ad hoc vt fiat inquisitio. q. 1. Deus omnipotens. Et cū pcedit ad inquirendū inquiri nō debet de quib⁹ infamia nō processit. Si aūt habet ortū a certo motore vel certis motoribus tunc si illi nō sunt inimici sed prouidi et honesti debet plat⁹ procedere ad inquisitōem. Si autez sunt inimici et maliuoli tunc aut constat ita esse nō certitudine. sed per ꝓsumptōes nō violentas. et tunc etiaz plat⁹ ad inquisitōem procedere debet. Si aūt cōstat vel violentas ꝓsumptiones et infamatus alis fuerit bonis. et persona notabilis nō credo q̄ plat⁹ procedere debeat ad inquisitōem. extra de purga. cano. c. Cū in iuuentute. Quidā tn dicūt. q̄ vndecunq; orta fuerit mala fama procedendū est ad inq̄sitōem. et infamato contra de accu. c. Qualiter et q̄n. Sed hoc credo intelligendū quando illi a quibus infamia ortū habuit nō ꝓbantur esse inimici vel maliuoli. Nec Richar. in. iij. di. xix. q. iij. ar. iij. in corpe arti. Differt aūt inquisitio quam facit iudex alio procurante siue promouente. et ea quā ipe facit ex officio suo ad clamorē fame in hoc. q̄ vbi fiat ad instantiā ꝓcurantis nō est cogendus aduersari⁹ iurare. nec probare suā intentōem. alias puniret suspensione vel aliter donec se purgauerit q̄. nō animo calūmandi crimina imposuit. extra de calum. c. Cū dilectus. Item publicatis attestationib⁹ nō recipient alij testes. quia timeretur de subordinatione. Sed vbi iudex inq̄rit ex officio. tunc is contra quē inquirit est cogendus iurare q̄ respondeat vitatem ad interrogata. Et hoc dico siue inquiraī contra ꝓuatā ꝑsonā siue cōtra quentū. Item publicatis attestationib⁹ potest denuo ab alijs testib⁹ inquirere veritatē. ij. q. v. Habet. et. c. Mennam. Forma aūt iuramenti testiū in causa inquisitōis est hec. Si ē contra ꝑsonā et crimē determinatū. Jurat testis q̄ sup crimē dicet plenā veritatē. extra de symo. c. Licet bely. Si vero est inquisitio sup statu ecclesie iurat dicere. que scit vel credit de ecclesia reformanda. vel q̄ respondeat veritatē ad interrogata. extra de accu. ca. Cū dilectus. Et in talibus iuramentis non debet iurare de occultis Nam secretorum solus deus est iudex et cognitor disti. xxxij. Erubescant impij et aperti intelligant iudicio sā cti spiritus eos ꝛc. et. ij. questione. v. Consului. sti.

Indēsitio ꝑ singlaꝝ rē ꝑsonaꝝ

Indēsitio ex officio.

Ad inquisitionem .§. V.

iudicis. Verum teneat inquisitus de omnibus aperire veritatē et manifestare de quib⁹ fuerit interrogat⁹. No ta circa huiusmodi distinctōem. Pe. de Pal. in quarto dis. xix. Aut certū est q̄ iudex inquirit de crimine in casu in quo potest de iure. et tūc tenetur sibi hō dicere veritatē. tam de se q̄z de alio q̄ mentiri in iudicio est mortale. Aut certū est q̄ ipe iniuste inquirit. vt puta q̄ non precessit accusatio nec denūciatio nec damosa insinuatio. nec infamia illius. nec factū est diuulgatū. nec denūciatū. Nec in speciali puta talis fecit tale crimē. vbi tacet occisus. sed nescitur a quo. Nec in generali. vt puta tale monasteriū est diffamatū de dissipatione religionis tunc etiā nō tenetur nec de se nec de alio. quia ille in hoc non est suus iudex. Si sit dubiū vel iuris vel facti. ꝑsumendū est pro iusticia iudicis. et debet sibi homo dicere veritatem vel magis ponere in ipsius iudicio. cuz sciat tale crimen q̄d nullus alius scit. nisi forte vnus q̄ habeat ꝓfitium. vtrū teneatur nominare personā et sicut ille iudicauerit ita faciat. quia iussus iudicis in dubijs excusatur. Similiter de latrone qui torquetur. Si em tale crimen est in se vel in alio q̄ iuste possit subijci inquisitōni. tenetur dicere tam de se q̄z de alio. Alias nec ō se nec de alio. Eo autem ipso q̄ homo vnicum crimen habet ꝓpter q̄d iudex iuste procedit contra eum in illo crimine inquirendo ex hoc ipso et de alijs pōt inquirere. quia nō propter occultatōem peccati sed peccatoris. de occultis homo prohibetur iudicare. Ubi ergo iam per vnicum crimē est diffamatus. et de alijs debet dicere veritatem. et similiter si socij sui sunt in tali statu q̄ iuste contra illos agi potest pro vnico crimine. etiaz de alijs omnibus. et potest et debet eos prodere. quando eoz correctionem nō sperat. maxime cū peccatum illorū sit in periculuz ꝓmunitatis. vt quia scit cos fures. et latrōes et impenitentes. Nam illum qui iam penituit accusare non debet. nisi iuste nominatim de eo interrogek. Nec Petrus de palude Qualiter sit procedendū qū fit ꝑ singularē ꝑsonam. Nota primo q̄ debet fieri inquisitio in loco in quo ꝓuersata est persona contra quā inquirendū est. xxiij. q. i. Paratus. et extra de ꝓsumptio. ca. Quosdā. Citabit autem is contra quem inquirenduz est. et sic debet esse ꝓsens. nisi se per contumaciam absentauerit. Et debet fieri coram ecclesie senioribus. Itē exponenda sunt rei illa capitula de quib⁹ fuerit inquirendus. vt facultatē habeat defendendi se. Et nō soluz dicta testium sunt ei danda. sed etiam noīa. vt quid et a quo sit dictum appareat. et ne per suppressionem noīm detur audacia diffamandi. Dicit Angelus de Perusio q̄ nomina testium sunt danda inquisitio post⁹ depositōem coz. ad est attestationē. et ante dari non debent. vt cesset omnis materia corrumpendi testes. Ita notat Hostien. super. c. Qualiter et quando. de accu. Item nota fm Guidonē et Angelum q̄ testes nō possunt examinari parte non citata. per. l. Si quando. C. de testi. Nam testes examinati parte nō citata. non inferunt ꝓiudicium non citato. Item et admittende sunt eius exceptiones et replicationes legitime. Nec oīa extra de accusatio. ca. Qualiter et quando. et. v. q. ij. Si primates. Et talis potest opponere contra inquisitorem de suspecto vl q̄ talis sit crimīosus. et contra denunciatiocm vl litteras ad inquirendum impetratos. et contra testes et dicta eorum. extra de accusatio. Cum oporteat. Haz nō debent admitti testes nisi legitimi. Item inquisitor debet facere iurare et testificare etiam illos qui denunciauerunt. extra de symo. ca. Licet bely. Secus est via accusationis. quia accusator non potest esse testis. ō accusatio. Cum. ꝑ. Item sciendum q̄ in nullo crimine potest procedi ad inquirēdum ex denunciatione. nisi precesserit fraterna correctio. vt habetur in dicto capitulo. Licet bely.

Qualiter proceden .§. VI.

dum sit in inquisitione generali. cum committitur alicui inquisitio ecclesie tam in capite q̄z in membris. Dic q̄ debet procedi de plano et sine strepitu iudicij. cū nō deceat seruos dei talibus implicari. extra de accusatio. c. Olim. non tamen q̄ ordo iudiciarius omnino pretermittatur. sed per modum qui dicetur infra. ca. Proximo. §. i Item in tali iudicio reperientur testes. quales in ecclesia inueniuntur. quia que domi fiunt per domesticos probari oportet. extra de testi. ca. Veniens. Quādo autem fit inquisitio ō aliquo matrimonio proui-

debitur de expensis inq̃sitioni. vel monachis q̃ pſequũt cõtra abbatẽ monasteriũ de reb⁹ suis. ⁊ nõ tm̃ denuntiantib⁹ ⁊ accusantib⁹. sed etiã q̃s iudices ad pſecutionem negocij idoneos duxerunt assumẽdos. ex de accu. c. Ex pte. Durante vero inq̃sitõne debent monachi obedire abbati in licitis. ⁊ honestis. dũmodo nõ impediat pſecutio negocij. ex de accu. c. Olim. Itẽ nota q̃ non pt̃ pl̃atus suis suoditis interdicere. ne reuelẽt statũ suum. vel ecclesie aut pſonaꝝ his q̃ missi sunt ad inquirẽdũ. corrigendũ. ⁊ reformandũ. Nec tenẽt sñie excõicationis. suspẽsionis. ⁊ interdicti p̃ hos late. Nec etiaꝫ iuramẽta pmissiones ⁊ obligatões aliq̃ facte ad celandum. Insup ab inq̃sitoribꝫ talis temeritas animaduertioe digna pcipiat castigari. ex de offi. ordi. c. qr plerigꝫ li. vi.

Effect⁹ inq̃sitionis

Effectus aũt inq̃sitionis est hic. qr si inquirat̃ ꝑtra prelatum vel habentẽ administratõem ⁊ puniat̃. pena eius ẽ remotio. exemplo villici d affamati cui dictũ est. Jam nõ poteris amplius villicare. Lu. xvi. ex de accu. c. qualiter ⁊ qñ. Si vero nõ habet administratõez. pena ẽ arbitria ſm merita pſone. ⁊ qualitatẽ excessus. ex d accusa. Inq̃sitionis in fi. Sz b fallit in criminib⁹ enormib⁹ q̃ ordinis executõem ⁊ vñficij retentõem post pactã penitentiã impediũt. vt est in symoniaco in ordine ⁊ beneficio. ex de accu. c. Inq̃sitõnis. Que dicant enormia. habes infra pte ca ti. De inq̃sitõe hereticoꝝ habes supra in scõa parte. ti. xxvij. c. ij. ⁊ iij.

ti. xxvij. c. ij. ⁊ iij.

Circa inquisitionẽ. §. VII.

religiosoꝝ vel etiã clericoꝝ. sic dicit magister Symon. Aliq̃ inquisitio fit in generali sup statu ecclesie vel capitulo. aut p̃ determinatã pſonã. Et si in generali ab oĩbus tũc est inquirendũ. Et sũt oẽs tam benivoli q̃s malivoli audiendi. ⁊ extranei possunt oĩno repelli. ⁊ simil⁹ infames. Et qñ sic procedat̃. s. p̃ pſonã determinatã. deponẽtes p̃ eam. in pmis iurent anteq̃s coꝝ testimoniũ vel depositio admittat̃. iij. q. ix. Nortamur. ⁊ ex d accu. Qualiter ⁊ qñ. Si vero in hmõi inq̃sitõne oĩes vl̃ ml̃ti dicant se nihil scire de pſona p̃ certã sciam. sz solum per famã ⁊ fortasse crudelitatẽ. nõ per b̃ fit p̃iudicio. nec p̃ er hoc poterit in aliq̃ puniri. qr nihil p hmõi depositõe nẽ probatur nisi sola fama. que ad puniendũ nõ sufficit. Et nisi adsint testes alij. solũmodo est tali pſone infamate purgatio indicenda. ſm arbitriũ iudicis. ⁊ pſone qualitatẽ ⁊ modũ infamie suscitate. Istud habes extra de accu. c. Inq̃sitois. ⁊ ij. q. v. Presbyter. ⁊ p totũ. Cũ aũt fit inquisitio ꝑtra determinatã pſonã ad petitõem pt̃is agentis ꝑtra eam. Primo inducẽs descendens ad inq̃sitõem habita pſona pt̃e. inquirere debet de fama pſone delate. ⁊ si inuenerit eã infamatã procedat testes admittendo. aliter nõ est inq̃sitois negotio pceden dũ ꝑtra ipm. ex de co. Cũ oporteat. Et q̃s actoꝝ pbaueritꝫ eam infamatã adhuc pſona rea probare poterit se bone fame extra de accu. c. Cũ oporteat. Et tunc pstanteꝫ erit pulegiũ bone fame q̃s probate infamie. Et b tenẽdum est. nisi probetur factũ q̃ si probari nõ poterit. p̃curans inq̃sitõem grauius puniat̃. ex d calum. c. Cum dilectus. Fama vero inuẽta de pſona apud paucos vl̃ leues pſonas ñ cogit nec dat occasionẽ pl̃ato ad inquirẽdum. p̃cipue de pſona que p̃us fuit clare ⁊ bone fame. Secus si apud plures bonos ⁊ graues. qr fama apõ tales suspitionib⁹ violentis ſm p̃dictõem pſone d qua agit̃ facit quodãmodo pbatõnem. Nã ⁊ si singula nõ possint. simul tm̃ collecta valent ex de testi. c. Preterea. Nihil em̃ est aliud in hac materia probatio q̃s rei dubie per testes vel instrumẽta. vel p̃sumptionis ostensio xxxij. q. i. Dixit. Sic ergo. pcedens ꝑtra pſonã inq̃rẽdo ex fama. primo arabit eã vel vocabit ſm modũ religiosoꝝ. qui artius obligant̃ ad obedientiã pl̃atis suis q̃s seculares. ⁊ facient̃ iurare cũ superiorare dicenda de his d quib⁹ infamatus est. extra co. Cum dilecti. Aliq̃ tm̃ religiosi ex ꝑsuetudine omittunt iuramentũ. ⁊ ponunt eas ad examen sup veritate dicenda p̃ceptus ⁊ addũt qñq̃s excõicatõem. ꝓter pertinacẽ in obedientiã aliquo tũ. Et super dicto. c. Cum dilecti. dicit q̃ cũ fit inquisitio solũ ad correctõem siue ad pñam valde liberẽ ꝓcedendũ q̃s qñ procedit ad dispositõem ⁊ ad penã. ⁊ maxime circa seculares. qr tũc sez in pmo casu procedit in fauorẽ eius ꝑtra quẽ agitur. Nõ sic aũt semp in secũdo casu. Benedictus. xij. in statutis sup statum fratrũ mioꝝ. c. xvi. sic ait. Si excessus enormes. oculos tamẽ p vnũ solũ ꝑtra aliquẽ dicti ordinis fratrem. alis bone fame alicui sup̃iori ipius secrete denũciari p̃gerit. non recipiat̃ hmõi denũciatio ad fratrẽ. vt ꝓterea ad inq̃sitõem seu iudicialẽ discussionẽ procedat̃. nisi denũciãs req̃situs p superiorẽ eundẽ. se dicat fore paratũ ea que sic dicat. ⁊ prout ea denũciat deponere. vt testis. ⁊ in p̃ sentia denuciati iurare. nec regulariter hmõi denũciatio i libris ordinis nisi ꝑfatus superior verisimiliter credat vel estimet posse sup denũciati excessus testes alios idoneos reperiri. posset tm̃ sup eis hmõi denũciatio p ipm superiorẽ recipi. ⁊ denũciatio quãto breuius poterit in secreto maneat. ⁊ prout discretioni sue videbit̃ faciendũ. Ubi aũt denũciator alius vel testis idoneus sup hmõi occultis excessib⁹ postea appareret. ad secretã si ei visũ fuerit etiã si denũciatus absens ⁊ remotus extiterit informatõem procedere. ⁊ tam pmũ q̃s secundũ ⁊ quoslũq̃ alios testes idoneos recipere. recepto pus ab eo corporali iuramento informari. Infra tm̃ biennũ teneat̃ pl̃atus denunciatũ vocare. ⁊ ei. p̃cessum habitũ exponere ac iusticiã circa eum facere. alias elapso biennio ipi denunciato nocere nõ possit. Si vero plurium singulari pſonaꝝ testimonia cõtra fratrẽ aliquẽ sup excessib⁹ eiusdẽ generis habeant̃. ex quib⁹ pbabiliter reddit̃ suspectus tunc ad veritat̃ inq̃sitõem plenioꝝ etiã si expediens videbit̃ p arrat̃õem pſone cõtra quã habebunt̃ hmõi testimonia. pcedatur. ſm modũ suspitois ⁊ qualitates excessus. ac statũ ꝑditionis pſone. Et si crimẽ p hmõi inq̃sitõem nõ probet̃. ipe denũciatus remaneat infamatus indicat̃ ei purgatio vel alio mõ prouideat ordinis honestati ⁊ fame denũciati. Ubi adũcendũ q̃ in toto isto pcessu ordinato ad ũtos religiosos q̃si nihil nouũ est. sed antiq̃ iura ad eos sunt rõnabiliter applicata.

Notãdum etiam. §. VIII.

ſm p̃dictum Symonẽ. q̃ cum queritꝫ vtrũ pl̃at⁹ teneatur pcedere ad inq̃sitõnem. q̃n nõ speret inde pfectum nec facere certis tpibus generaliter sup statu ecclesiarũ curie sue vt in visitatõe fit. Et cũ ad hãc obligetꝫ ex officio nõ debet dimittere siue credat. pficere siue nõ. vt dicit. xvij. c. Qm̃quidẽ. Alia inq̃sitio est specialis q̃ fit p determinatã pſonã. Et ad hanc nõ tenetꝫ nisi fama accelemãte vel aliq̃ pſona deferente. Et tunc tenetꝫ ad eã faciendã ſm formã iuris. vt dictũ est sup ꝑta. siue credat ex ea inquisitũ. pficere siue nõ. Nã si nõ pficiet circa illã. proficiet circa alias personas. que sunt scandalisate ex fama audita. donec viderint circa eaz fieri qđ iura disponũt. Si autem inter illos alios qui sunt in congregatione sunt aliqui quib⁹ cedit ad vtilitatẽ. alij quib⁹ est ad scãdalum vel damnũ aĩe. differri põt. ⁊ qñ opportunitas fuerit coram illis quib⁹ cedere potent ad bonũ. ita tm̃ q̃ finaliter nõ supersedeat̃ ab actu iusticie ꝓpter malũ aliquoꝝ. ⁊ maxime cũ bonũ inde sequẽs maius reputet̃ q̃s dãnũ in genere suo. vl̃ nisi forte multitudo

§. 4

sit in culpa ⁊ timeat q̄ velit insurgere ad defendendū
eā. ūc est supsedendū ad tempus. dist. lxxxij. Primos.
Item notandū fm ipm Symo. q̄ clericū vel religiosus
vehemēter psumptū de crimine ⁊ violentē recognosce/
re vertatē. licet valeāt ponere ad questiones. i. tormenta
ḡuis ei fm iura ciuilia liberū nō debeat poni ad tor/
turā sed solū seruil. vt. ff. de q̄stionib⁹ p totum. Unde
dr Job. viij. Qui facit peccm̄ seruus est peccati. ideo tal'
clericus vel religiosus cū innotescat ꝺ aliquo enormi cri
mine ⁊ vehemēter suspectus est. vt seruus pōt poni ad
q̄stiones. vt. vi. q. i. c. i. Et pūt arrestari vel detineri. qđ
etiā confirmat p statutū dñi Benedicti. xij. ad minores dr
cēris. q̄ potest talis arctari. vt patet in. §. precedentij. cū
nullo modo est a questionib⁹ inchoandū. de regu. iuris
Lū in ꝓtemplatoe. Cui⁹ causa est. q̄ sue platus siue a/
liꝰ de eius mādato. q̄ clerico parato corrigi et obedire
volēti vim infert. excōmunicatus est. ex̄ de sen. excō. vni
uersitatis. Hoc tenēt Hosti. ⁊ Archi. Si em̄ statum fie/
ret nulla ꝑsumptione precedēte esset locus appellandi
ij. q. vi. Nō solent Questiones tū hmōi circa clericos de
bēt esse moderate. ⁊ ꝓpter periculū excōmunicatois. ⁊ p
ꝓter hoc q̄ iudicium pessimū est qđ ꝓcedit ex suspitoe
vel ex contra cōfessione: sicut. xv. q. vi. Si sacerdotib⁹. ff.
de q̄stionibus. l. Seuerus aut. Questiom fidē nō semp
nec nōnunq̄ habendā ꝓstitutionib⁹ declarat. Que em̄
res est fragilis ⁊ periculosa. que rōem fallit. Nā plerūq̄
patientia siue duritia tormēto⁹. ita tormēta ꝓtemnunt
vt exhmi ab eis veritas nō possit. Alij tanta impatien/
tia sibi suscipiūt tormēta. vt mēturi potius ḡ tormenta
pati velint. ita fit vt etiā vario modo fateant. vt nō tā
scipos ḡ etiā alios crimināt̄. Jtē dicit q̄ in vicijs
corrigēdis vbi ius deficit. i. q̄ nō loquit̄ de correctione
vel modo puniēdi crimina. Nec debet ꝑlatus in
do loci in modo puniēdi crimina. Nec debet ꝑlatus in
troducere nouā ꝓsuetudinē simplr. vel alicuius alteri⁹
loci ad puniendū ꝓpter hoc vt efficatius corrigant vi/
cia si ex hoc scandalum oriat. q̄ nō sunt facienda mala
vt eueniāt bona. Roma. xij. Malum est aūt suscitare
scandala. Circa religiosos ꝑcipue moderande sūt cor
rectiones ne resiliāt totaliter a statu bono. Tria aūt sūt
ḡticularia bona q̄ integrāt virū ꝓfectū bonū in religiōe.
Et si circa ḡticulare bonū sic fiat reformatio q̄ fiat ꝺfor/
matio l' destructio alteri⁹ boni. tā deficit ratio boni. inte
gri ⁊ perfecti. Nam fm Dyonisiū. Malū omnifariā est
bonū vero ex perfecta ⁊ integra causa. Sic ergo tollen
dū est malū inobedientie vel incōtinētie. vel. ḡpueratj in
religiosis. vt aliqua ps boni integri remaneat ⁊ ꝑcipue
obedientia ḡullatenus destruat. Nā q̄diu illud rema
net. spes semp remanet de correctiōe alioꝝ defectuum.
arg. xxiij. q. v. Quid ergo. ⁊. xi. q. iij. Nolite recedere. Jtē
notandū. q̄ cū in ꝑuilegijs religiosoꝝ dicitur. q̄ post
positis rimulis ⁊ aplicabus iuris possint libere procede
re ꝑlati ad correctiōem virtioꝝ. nō per hec verba tollit̄
nec q̄ hmōi eximuntur a iure cōi. ad qđ oēs catholici te
nent. ex̄ de cōsti. c. i. Sed nō tenent̄ ad ea que nō sūt de
substātia iuris seu ordinis iudiciarij sine quib⁹ nō pōt
procedi i iudicio cōtentioso. Sic ⁊ cū dr i ꝓstitutōnib⁹
fratrū ꝑdicatoꝝ. q̄ electiōes fiant fm formā canonicam
aliꝝ solēnitatib⁹ iuris relegatis. si aliqđ dimitteret cū
ꝓcditur p scrutiniū. qđ sit de substantia forme. cassaret
electio. sed ea que nō sunt de substantia forme. vt colla/
tio zeli ad zelum ⁊ hmōi. q̄ illa verba tollunt̄. Item i. c.
ḡuis. de penis. li. vi. dr. q̄ ḡuis carcer sit deputat⁹ ad
custodiā reoꝝ. si tū ꝑlatus clericos ꝓfessos vel conui
ctos de criminib⁹ coꝝ excessibus ⁊ psonis certeriscz cir/
cūstantijs prouida deliberatōe pensatis. imperpetuū
vel ad tps carceri mancipet nō est improbandū. Nō tū
de facili est clericus carceri mancipandus. q̄ excommu
nicatus est qui iniuriose detinet clericū. extra de sentē.
excom. Nup. nec est a quocūq̄ exultmandū. q̄ per hoc
quis infamis efficiat q̄ ē carceri mācipat⁹ cū q̄nq̄. vt
dr. Eccs. iij. c. De carcere ⁊ cathenis q̄s egreatur ad re/
gnū. vt patet in Joseph ī carcerato iniuste. Gene. xxxix
fedr punceps aplorꝝ incarceratus pluries. vtr Actuū
v. c. ⁊ Actuū. xij. c. Et similiter vas electiōis. vt patet. ij.
ad Corinthios. xi. c. ⁊ Johannes baptista. vt ꝓz Mat
thei. xiij. Marci. vi. Luce. iij. ⁊ Johan. iij. ca.

De modo procedendi p accusatōnem. Cap'm. viij.

Iudicis non est sine
accusatore damnare. q̄ dñs Judā cū furi/
set fur. q̄ nō est accusatus minime abiecit
vt habet. ij. q. i. In manifesta. vbi dicit glo.
q̄ nemo est ꝑdemnand⁹ sine accusatore. Sj fallit hoc ī
octo casibus. Primo in charta suspecta. cui fides non
sit. C. de pba. l. Jubem⁹. Secdo cū testis fraudulent̄ ⁊ p
cator rndet. C. de testi. l. Null⁹. Tertio in tutore suspe
cto. ff. de suspe. tuto. l. ij. ⁊. iij. q. ij. Quarta. Quarto q̄nq̄
maritus excipiēdo ꝑdemnat de lenocinio. ff. de adul. l.
ij. Quinto q̄nq̄ calūniator pūit̄. C. de calū. l. i. Sexto q̄n
probat crimē q̄nq̄sitōem. ex̄ de accu. c. Qualiter et q̄n.
Septimo cū deficit reus in purgatōe. ex̄ de symo. c. de
hoc. Octauo ī notorijs vt ī isto. c. In māifesta. De no
torio sic dicit Ambrosius. Manifesta accusatōe nō in/
digent. vt habet. ij. q. i. In māifesta. vbi glo. q̄ aliud est
fama seu famosum aliud manifestū. aliud notoriū. Fa/
ma q̄nq̄ ex scia. q̄nq̄ ex suspitōne procedit. q̄nq̄ ex cer
to auctore. q̄nq̄ ex incerto auctore procedit. vt de cōse.
dis. iij. Scim̄. Manifestū est qđ semper ex scia ⁊ certo
auctore ꝓcedit et qđ ꝑ pbari. vt. C. de testa. l. Heredes
Jdē etiā dr q̄nq̄ occultū qđ ꝑ pbari. C. de appella.
eas. Et occultū dr qđ quinq̄ scīūt. vt de pe. di. i. §. Nec Tho. i. 4. di. 15. q. i. ar. 3. q. 3. ⁊ in 3a. pte 82. ar. 3. ad. q̄rtuꝫ
aūt. Jtē dr manifestū qđ ꝑ ꝓfessionē vel pbatōnem vel
p euidentiā rei. ex̄ de verbo. signi. c. Cū olim. ⁊ sic sumi/
tur hic. s. p notorio. Sed nota q̄ triplex est notorū. no
torū facti. notorū iuris. ⁊ notorij ꝑsumptionis. Noto
rij facti est qđ exhibet se ⁊ offert oculis hoīum. i. q̄ta
habet euidentiā facti. q̄ non pōt negari. s. probaliter. ex
tra de coha. cle. ⁊ mulie. c. Uestra. ⁊ in tali nō audit̄ ap/
pellās. ex̄ de appel. c. Preterea. ⁊ credit̄ simplici assertio
ne officialis. vt. iij. q. iij. §. aliqñ. nec requirit̄ hic scien/
tia oim̄ s plrium. Est aūt quoddā factū ꝓtinuū. siue p/
manēs. quoddā iterpolatū. quoddā trāsiens statū. In
notorio facti continui nullus ordo iuris requirit̄. vt ex
tra de coha. cle. ⁊ mulie. Tua. Item isto. c. Manifesta. In
notorio facti interpolati semiplena probatio requireret
extra de vsuris. c. Cum in dyocesi. Notorij actu nō per
manens probabiliter pōt negari. extra de sorti. Ex tua
rū. Notorij iuris est. de quo est aliquis condemnatus
vel confessus. tamen isto notorio quandoq̄ contra ne/
gantē se esse cōuictū requiritur probatio. vt extra ꝺ sen.
⁊ re iudi. c. Sicut. Jtē q̄nq̄ nō sufficit q̄ quis sit' con
fessus nisi sit confessus ⁊ conuictus. vt. ij. q. vi. ff. Sunt
quorum. Notorium ꝓsumptum est. vt si quis habi/
tus est pro filio alicuius publice ibi non requiritur ali
us ordo iuris. extra de fi. presby. c. Michael. Hoc em̄ q̄
aliquis sit filius alterius non potest vere probari. ff. de
condītio. et demonstra. l. Lucius. Sed potius per ꝓ/
sumptiones. Hec omnia in glosa dicti ca. Manifesta.
que etiam ponitur in summa confessorum. Sed An/
thonius de Bu. super. c. Uestra. fecit diffusum tracta/
tum de notorio.

Notoriū triplex

Quomodo iudex pro. §. i.

cedere debeat sup̄ crimine notorio in iudicio. Sup̄ hoc angelus de pusio ponit sniam aliquoz dicentiū. q3 aut loquimur in notorio iuris. i. in notorio iudicāti. z tunc cum istud notorium sit incidens nō mutat formā iudicij z ideo fm formā negocij est p̄cedendū de probationibz z de testibus. Aut est notorium facti. z tunc si istud notorium sit oibus. ita q̄ nec celari nec infici possit nō requirit aliqs ordo iuris. nec etiā citatio. q3 citatio solū fit ad hunc effectū. vt citatus se possit defendere. sed ibi nulla cadit defensio p̄ter notorietatē. Si aūt sit notorium negabile in iudicio. tunc necessaria est p̄ma citatio. z si p̄s habeat legitimā excusatōem sniā est in ipo iure nulla. z hāc excusatōem p̄s p̄t allegare in causa nullitatis. sicus si fuisset citata z ꝓtumax fm Inno. in. c. Uestra de coha. de. z multi. Ite si q̄d allegat esse notorium z negat z nō probat processus est nullus. q3 factus p̄ter solennitatē ordinis iudicioz fm Inno. Et hāc nullitatē posset citatus vel nō citatus in causa nullitatis allegare z probare. Aut q̄ allegat nullitas ex eo q̄ nō est notorium z b̄ potest allegari z probari in cā nullitatis indistincte aut allegat nullitas. q3 licet sit notorium tñ ꝓpetebat defensio. puta notorium est q̄ ego occidi Ticiū. cum reuera cū occiderim ad meā defensionē. Et isto casu si non fui citatus potero allegare cām nullitatis. aut fui citatus z nō potero. Et aduerte. q3 ista p̄t tolerari in crimin. in quibus imponūt pene relegatōis. vel ifra sed i alijs in quib apponunt pene relegatōis. z supra. tūc q3 ab sens dānari nō potest. licet sit b̄ notorium que dicta sunt nō possunt p̄cedere. nisi ille qui damnat hoc sup̄leat ō plenitudine potestatis Querit aūt cū iudex inquirit de crimine velut notorio q̄ō constat iudici. tñ nō cōstat q̄ crimē sit notorium. cū querit an possit sequi ex ea ista cōdēnatio. Rñdetur p̄ distinctōem. q3 aut iudex p̄cessit taliter q̄ tenet processus etiā si nō esset notorium de crimine. z crimē est tale de quo p̄t inquiri etiā si non esset notorium. Et q3 qualitates notorietatis non mutāt delictum nec penam. z sic sequi p̄t ꝓdemnatio. Aut processus factus est nullus vbi crimē nō est notorium. vt est crimen tale. vbi non potest inq̄ri. nisi rōne notorietatis. z tunc nō p̄t ex eadē instantia sequi ꝓdemnatio. Et b̄ videt fuisse de mente Inno. in. c. Saturnus. de offi. dele. li. vi. Qō intelligē nisi crimē ꝓstaret p̄ ꝓfessionem ptis. vel p̄s renūcia sset executioni huic. vt notat Inno. in. c. Cū semp. de furtis. Et est rō. q3 ꝓfessio inducit notorium. z in ꝓcessum nulle sunt p̄tes iudicis. nisi in condemnando. Et cū queritur q̄n iudex qui inquirit ō crimē tanq̄ notorio. an sit necesse probari notorium. Qui dā dicūt q̄ nō. imo si iudex tanq̄ p̄uatus scit istud esse notorium. sufficit. licet tanq̄ iudex ignoret. vt notat Innocē. in. c. Interposita. de appel. Immo plus dicat ipse Inno. q̄ si iudex procedit sup̄ notorio. lz ignoret illud eē notorium. sufficit. vt ipe notat in. c. Uestra. de coha. cle. et mulie. Et cū queritur an possit esse notorium nisi probetur factū q̄ō ōz esse notorium. lz q̄dam dicūt q̄ nō. alij dicūt cōtra q̄ cōpō q̄ probat notorium. p̄bat q̄ō ōz esse notorium. eo q̄ omēs ita dicunt. asserūt z affirmant nemie contradicente. Et hanc opi. dic̄ esse veram.

Qui prohibeantur .§. II.

accusare habeāt. ij. q. i. Prohibent. Ubi sic ōr. li. viij. ff. de accu. z increpa. Prohibent accusare alij p̄ter sexū vel etatē. vt mulier z pupillus. alij p̄ter sacramentum vt q̄ stipendiū merent. Alij p̄ter magistratū z p̄tem in qua agentes sine fraude in ius euocari nō possunt. Alij p̄ter delictū p̄prium. vt infames. alij p̄ter turpem questū. vt qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habeāt. nūmos ad accusandū. vel nō accusandū accepe rint. Alij p̄ter ꝓditōem suā. vt liberti ꝑ patronos suos. alij p̄ter sū spitōem calumnie. vt illi q̄ falsum testimoniū subornari dixerūt. Nonulli p̄ter paupertatē. vt sunt q̄ minus q̄ quinquaginta aureos hnt. hi tñ offices si suā iniuriā prosequant. mortēq̄ quiquoz defendant. ab hac accusatōe nō excludunt. liberi libertiq̄ nō sunt phibendi suaz rerum defendēdarū gra ō facto parētū patronoz̄ ve conq̄ri. veluti si dicat̄ vi a possessione eoz expulsos. nō vt crimē in eos intendant. sed tantuz vt possessionē recipiāt. Mā z filius de facto matris nō est phibitus conq̄ri. si dicat suppositū ab ea partū. qui magis cohered̄ habeat sed eā ream. l. Cornelia facere. p. hibent. Ab alio delatū alius deferre nō p̄t. sed cū qui abolitione publica vel p̄uata intercurrente. aut accusatore desistente vel de reis exempt⁹ est. deferre nō phibetur. Glo. ibi p̄ter sacramentū. s. q̄ō p̄stant. s. se nō vturos mortē p̄ter salutē reipublice. p̄ter magistratum loquit de eo q̄ ante administratōem deliquit. talis nō p̄t ꝓcuiri dū est in administratōe. Uel intelligit b̄ ō maioribz iudicialib. qui etsi nō possint tunc in iudicio ꝓcuiri. p̄stabunt tñ cautōem de stando iuri post depositā administratōez. ff. de adulteris. l. Si adulterū. Sū frau de. i. pena queſtū. i. quest⁹ ꝓsp̄tōe. Qui cepit duos accusare z vult tertū accusare. p̄sumit q̄ faciat eā q̄stus. nisi suā vel suoz iniuriā p̄sequat. Sed z duos nō p̄t accusare nisi diuersis libellis. nisi crimē esset eōe vt adultertū. tunc eīm in vno libello p̄t accusare. Nūmos. qui dat pecuniā nō in cā sanguinis habeāt pro ꝓuicio. ij. q. ij. Notandū. Sz in cā sanguinis licet dare accusantes. sed si iuste accusauit nō licet in foro conscie. sed in foro iudiciali. q3. s. talis nō punit. accusanti aūt nunq̄ lz recipe ab accusato. i. q. i. c. Concussiōis. Qui falsum. Istī repellunt. licet nō sint infames. ex̄ de or. cogni. c. Cū dilect⁹ p̄ter paupertatē. p̄ter idē repellit testis. dū tñ rōe paupertatis sit suspect⁹. nō vt crimē nisi atrocē iniuriam fecisset vl nisi noie alieno ꝓuenirent. Abolitōe publica tripl'r fit abolitio. aut publice obediente insigne vel rē p̄spere gestā. aut p̄uatā accusatore petēte. aut ex lege q̄ accusator desistit vl mortu⁹ est. In publica abolitione p̄t actor repetere reū finitz ferijs. j. xxx. dies. sed in alijs duabus non admittitur qui desistit sed alius infra tri ginta dies admittitur. Hec omnia in glosa.

De laicis vtrum ad .§. III.

mittāt ad accusatōez clericoz. Nota sup̄ b̄ glo. sūmariā ij. q. vij. i p̄n. vbi sic ōr fm bar. bur. laici si sūt bone fame admittūt ad accusatōez clericoz. ij. q. vij. clericos. Et g̃ tian⁹ idē sentit. vtz p̄ totā cōnem. Alij dicūt q̄ laic⁹ p̄ p̄uū platū accusare p̄t p̄ter delictū. q3 sua interest hr̄e bonū platū. vt. xxij. di. c. Illō. Tertioz ē opi. q̄ nō possit ni si suā iniuriā p̄sequat. vt. uij. q. vi. Oīby. ex ō testi. c. ō cete ro. Et b̄ nisi i crimie heresis. z i crimie symonie z lese maiestatz. xv. q. ij. Sane ex ō symo. tāta. z i crimie sacrilegij fm q̄sdā. xvij. q. iij. si q̄s suadēte. §. q̄ ār. In his aūt oīby ita demū admittūt. si bono zelo denūciēt crimē. ex ō symo. lz bely. Et si accusat⁹ fuit vite suspecte ij. q. i. In p̄mis. q3 si accusat⁹ ē vite suspecte admittūt laici male vite. Si āt fuit bōe vite. tē admittūt solū laici bōe vite ex ō symo. c. p tuas. bar. Clerici ꝓ o admittūt ꝑ clericos nisi fuerit crimios. l'irreglares. ij. q. vij. p̄sumūt. z. c. ipi apli. Tales tñ q̄ sūt irreglares bñ admittūt ad accusatōez coz q̄ sūt eiusdē ordis cū eis l'iferioz. vt i dicto. c. ipi apli. Silr ipi mōachi audiūt. ex ō accu. c. Ex pte. Et ita bec ꝓa sūt de solēni accusatōe. Sciēdū ēp accusatio ꝑ fieri i scriptz. ij. q. vij. c. q̄ crimē. lz b̄ nō ē sp necessarium. Quō puta i leui crimie. ff. ō accu. l. leuia. Silr i notorio ñ req̄r. ber hic q̄rit. q3 in bmōi nec accusator req̄rit. extra. de accusa. c. accusa

Euidentia. Secus in nō notoriis. etiā si manifesta sint ff.q.iij. Ecz. Jtē accusatio debet exprimi viua voce z p sente accusato. ff.q.vij. Per scripta. Jtē debet fieri accu satio cū in scriptōe. i. accusator debet se obligare ad pe nā talionis. vt ff.q.vij.c. Quisq. Excipiunt tñ q̄dam casus. vt in lesu crimie z in crimine apostasie. z cū mari tus accusat vxorē de adulterio. s. quo ad seperatōem thoi ri. z filiis. Sciendū tñ q̄ z si accusator nō inscribat ex natura tñ accusatōis hmōi pena calumnie venit. C. de accu. l. fi. Quō accusatio reddat vitiosa, p calūniam puaricatōem z terguersatiōem habes. s. Et ibi etiā ba bes q̄ñ quis tenet ad accusandū. z q̄ nō debet ob hoc recipe pecuniā. z ibi etiā de accusato multa habes. Jlo ta tñ q̄ñ crimē nō directe oppōit p modū accusatio nis vl denūciatōis. sz p modū exceptōis. vt cū z obiect accusatori vl testi ad hoc vt ab accusatōe vl testificatione repellat vl electo. vt a pmotōe excludat. nō ē necaria in scriptio. Sz si obiciat iā confirmato. puta in secratōe. ob ijcies se dz obligare ad penā extraordinariā ad arbitriū iu dicis extra vinclm iscriptōis. Jlā electo sic. pbato crimie pdit q̄ electōez z confirmatōez et fuat acquisitū. sed pa babita nō amittit. extra de accusa. c. Qualiter z q̄ñ.

2a.2e.q. 68.ar.3.

De accusatione ma. ff. IIII.

trimonij. q̄ñ accusat p aliq̄d impedimentū q̄d in eo ē vel fuit. Et primo videndū est q̄ matrimoniū accusare pñt. z q̄ phibeant. Ubi sciendū q̄ phibent vnūsqsq; proes extra neci q̄diu sūt aliq̄ p̄sanguinei. Et istud ē spāle q̄ p̄sanguinei admittunt ad accusatōez. sic mr. pater. frater. so ror. patruus. auūculus. matertera. amita. z tota pogeni es. xxxv. q. vi. c. i. z. ij. Cui rō est. q̄ vnusq̄sq; genealogi am suā fare laborat. ex q̄ matri. accu. pos. c. Videt. Con sanguineis aūt deficientibus admittūt antiquiores z vicini ores vicini. quibus ea pinquitas notata est. vt in dicto. ca. lxxv. q. vi. Jtē cā mariti q̄ vxor pñt matrimoniū ac cusare. necessia defendant longinqua tepa. nouz. ex de cō san. z affi. c. Nō debet. Sz qd cuz aliqs tpe contracti matrimoniū tacuit mō vult accusare nūqd pōt. Rñdeo si q̄ bona vel denūciatōes fuerūt facte. ipe erat ex. doyo cesim. vel als denūciatio nō potuit ad eū puenire. puta si nimia ifirmitate laborās nō erat sane mētz. vl ita pu er vt talia p̄hendere nō posset. vel alia legitima cā im peditus erat. cui accusatio debet audiri. als cū rōnabi liter p̄sumat q̄ denūciatōem publice facrā ipse existēs in doyocesi nō ignorauerit. cāq; suspect est repellēdus nisi iurauerit q̄ postea didicerit q̄d obiecit. z ad hoc ex malicia nō pcedit. q̄ tūc etiā si didicisset ab illis q̄ tem pore denūciatōis tacuerūt admitti debet. q̄ñ licet illi ñ essent admittendi. q̄ fuerūt in culpa. iste nō debet repel li cū nō sit culpabil. arg. ex q̄ matri. accu. pos. Cū in tua. Accusatio aūt matrimonij in pdicto casu fm Ray. Jm propie dz accusatio. q̄ nō fit inscriptio vbi accusator se obligat ad penā talionis. sz dz denūciatio q̄ fit p̄ter p̄tīm in quo iuncti male pmanēt. Et pōt etiā fieri sine scriptis. sed melius est q̄ fiat in scriptis. ex de testi. spo. in lris. z q̄ matri. accu. pos. c. A nob. Hui⁹ denūciatōis for ma est hec. Ego talis denūcio vobis dñe episcope q̄ sta re nō pōt matrimoniū petri z agnetis. q̄ sunt consan guinei in tali gradu designādo psonas. vel si est alia cā vt affinitatis z hmōi. z dat libellus etiā pti aduerse. vt sci at q̄ impetit. quo facto pcedit in lite more solito. Et no ta q̄ in hac casu p̄rumace lite nō protestata pōt pcedi ad testiū receptōem z diffinitiuā sniam. ex vt li. nō cōte. c. Jñ frequēter. secus aūt esz si fieret accusatio. vt ō ad ulteri thoi separatōe. ex vt li. nō contc. c. i. Dēs aūt q̄ ad mittunt ad accusatōem in cā matrimoniali de q̄bus supdictū ē admittūt ad testimoniū fm Ray. Et z pa

Forma denūciatōis

ter z mater sint idonei testes in hoc casu vbi agitur de fodere matrimoniū. sez vtrum sit ibi consanguitas vl si mule impedimētū. vt ex qui matri accu. pos. c. Videtur tñ. si de ipso contractu agat. sez vtrū matrimoniū sit in ter eos contractū tanq̄z suspecti sint repellendi. nisi ille vel illa cuius filius vel filia coniuncta dicit. esset supi or in diuitijs. nobilitate. potentia. z honore. q̄ parētes vident filiorum z filiarū honorem diligere. extra de te sti. c. Super eo. Item in casu predicto potest esse idem accusator et testis. arg. xxxv. q. vi. Episcopus in synodo Idem Thomas in. iij. dis. xlv. ar. v. q. xxx.

Contracto autē ma .ff. V.

trimonio. quando alter coniugū accusat de adulterio. Nota fm Ray. q̄ licet tam fm leges q̄z fm canones q̄li bet bone fame admittat ad accusatōem adulterij cum agitur ad penā legalem vel canonicā. tamen cū agitur ad seperatōem thori nullus admittatur. nisi maritus z vxor. Accusatio aūt hmōi sic fieri debet. Maritus vo lens vxorem accusare ad penam legalem de adulterio debet inscribere. z ad penā talionis se obligare z nō pt agere per procuratorē. sed semetipm debet agere p̄sentē Sed si coraz iudice ecclesiastico vult agere ad thori se peratōem. tenet inscribere z dare libellum accusatōis. sed nō debz se ad penā talionis obligare. q̄m sine, p̄baret quod obiceret, sine nō. haberet q̄d vellet. q̄ separaretur ab vxore. z pōt maritus agere z illa rndere per procu ratorē. q̄ etsi de crimine fiat accusatio nō est criminal. sed quasi mixta. p̄bantur hec expresse extra de procu. c. tue. Cum aūt aliquis petit in virū vel e liqua in vxorē. si q̄ ritur quō in hac causa sit procedendū. Rndit Raymū. q̄ si mulier petit aliquē tanq̄z virū vl eo. ntra. videndū est vtrū velit agere petitorio iudicio vel possessorio. ad ē an mulier dicat aliquē esse suū maritū. q̄ contraxit cū ea. z petit sibi adiudicari in maritū. quod est agere petitorio quasi agat de p̄prietate. An petit sibi restitui tan q̄z fuerit iniuste ab eo dimissa. z hoc est agere possesso rio. q̄ñ petit possessionē viri sui. Igitur si agat petito rio dicēs aliquē esse virū suū. z ille negat. excipiendo q̄ nō pōt esse vxor. p̄ter tale z tale impedimentū. p̄ tra crabit exceptio mariti. q̄ ea. p̄bata questio p̄cipal. pe rimit. erit cām absoluendus vir. extra de ordi. cogni. c. i. Sed si agat possessorio q̄ñ. s. petit sibi maritū restitui. licet maritus obiciat impedimētū de p̄sanguinitate. vl alio impedimento. pus restitutio debz fieri mulieri q̄z co gnoscat de acceptōe mariti. ex de diuor. Postea. Hoc tñ fallit in quibusdā casibus in quib restitutio nō debz fie ri. Primus est si obiciat mulieri fornicatio publica. ō q̄ p̄baro q̄ sit notoria. ita q̄ nulla possit tergiuersatōe ce lari nō restituet. nisi ipa. p̄bauerit maritū adulterium cō misisse. q̄ tunc restitui debet etiam si fuerit publice fo nicata. extra de diuor. c. Significasti. Secundus casus est si obiciatur consanguinitas maxime qua lege diui na prohibita est. z probationes offerāt in cōtinenti pa rate. in quo casu debet recipi iuramentum ad cautelā. ne scilicet huiusmodi obiectio maliciose fiat. z tunc fiat restitutio q̄z tum ad cohabitationem: non tamen q̄z ad carnis copulam. vt in dicto. c. Litteras. Tertius ca sus est si obiciatur exceptio rei iudicate. nō enī tunc est restitutio facienda. nisi prius de illa exceptione cognoscatur. arg. ex de offi. dele. c. Causam. Quartus q̄ñ vir petit sibi restitui vxorē. z illa tum et de scientia viri debet q̄ dem ei restitui sufficiēter cautōne recepta. q̄ ei malū nō inferat. ex de resti. spo. Ex trāsmissa. Quod si nō possit de sufficienti cautōe prouideri. nō oportet ei restitui. im mo potius remoueri. Idem Tho. z Petrus. Jn oībus autē alijs casibus credo q̄ mulieri virū petenti z econuer

Ubi vxor nō dz restitui viro

so sit restitutio facienda. dūmodo probat se in possessio
ne fuisse. z a viro spoliatā sine iuris ordine hec duo ha
bet pbare. cē de offi. dele. c. Cōsultatōnib. Nō si is qui
petit ranē piunē negat matrimoniū fm Ray. ille qui
ponit habet pbare. alioqn succumbit. cē de iureiurā.
c. fi. Itē si mulier recessit a viro ppria auctoritate sine
culpa viri. z tūc petit ipa restitutōem fm Uincen. bar.
z Aug. debz restitui z b nisi fuerit publice fornicata. tūc
cm nō tenet eam recipere. Restitui aūt debet ptūē spo
luatus ad oīa illa. ō quib pbauerit se spoliatū fm ray.
vt gaudeat pacifica possessiōe z plena securitate. ij. q.
i. Reintegranda. De aliis ptinētib ad matrimoniū
habes. s. in pmo. ti. bus tertij partis per totum.

De processu per denunciatoem. Caplm Nonum.

Postquam sufficiēter

de accusatōe visum est. Uidendū nunc est ō
denūciatōe. Ubi notandū q duplex ē denū
ciatio. Una q fit plato. nō ranē iudicis ed ranē puate
psone fm exigentiā fraterne correctōis de q. s. dictū est
in. ij. qre. i. de accidia. c. de negligentia. vbi inītra habes
de correctōe fraterna. Alia est denūciatio q fit plato tā
qē iudici. vt inqrat z puniat de qua videt dictus illud
esse. Dic ecclesie. Mat. xviij. Si tas q si alieq sciat so
lus crimē alterius. nō tenet illud reuelare plato vt iudi
ci. etiā si iurauit denūciare nisi posset pbare. Nā esset
proditor crimis. ij. q. i. c. Si peccauerit. z. q. vij. Plerū
qē. z. vi. q. i. Si tm. nisi vellet ei reuelare secreto. cū pla
tus etiā secreto habeat corrigere criminosos. debz quo
qē talib indicare. q. i magis possint pdesse qē obesse
siue cū corrigēdo siue pro eo orando. qz qlibet tenet ad
talē denūciatōem. ar. xxij. q. v. Hoc videt. De denuncia
tōe ār pmi generis scribit Gen. xxxvij. Joseph accusa
uit fratres suos apud pīem de crimine pessimo. accu
satio sumit pro denūciatōe. Postqē em nō valuit fra
terna correctio patri denūciauit. q efficatr corrigē po
terat. Et nota q aliq dicūt. q crimē pessimū dz coitus
cū bruta. sed b est turpe dicere de patriarchis dic Ni
colaus de lyra ibi. sed dz hic crimē pessimū odiū z con
tentio inter illos. qz filie Lye despiciebant filios ancil
laz. z putabant eos quasi seruos. Un z hebraica lin
gua habet. retulit eoz rixam pessimā. sicut em caritas
est optimū. ita odiū pessimū. hec ille. Que rit an in
fames z criminosi admittunt ad denūciatōem. Respō
dit glo. i. sup. c. Si peccauerit. ij. q. i. sic dz. Uidet q sic.
qz oēs ad b ex pcepto tenent. Nā z hereticī admittit.
xxiij. q. i. §. Quisqs. z alie viles psone. cē de spon. prete
rea z vbi agit ad correctōem nō exigit tant rigor. arg.
xxij. q. v. Hoc videt. Econtra videt q tm honestiores p
sone admittant. xxxv. q. vi. Epi. z nō infames. cē de re
sti. cogen. Preterea. Nā z ad pplares actiones non ad
mittunt nisi psone integri status. ff. ō populari acti. l.
in populari. Ego credo quelibet admitti dūmodo bo
no zelo denūciet. cē de sen. z re iudi. c. Cum. J z Al. Sz
licet infames admittant. z irregulares. nō tm crimino
si. cū em tales nō correxerint sua crimina credendū est
q nō bono zelo denūcient crimina aliox. De multis aliis
ptinētib ad istā materiā hēs. s. ō iqsitōe. z i. c. ō accu.

De purgatione canonica. Caplm Decimum.

De purgatione cano

nica. Nota q triplex est purgatio. vna est mo
saica. secda est vulgaris z dyabolica. tertia ca
nonica. De pma habet Numeri. v. c. vbi vir bñs suspe
ctā vxorē de adulterio. indicebat ei purgatōnem p cer
tū modū ibi declaratū. z habet etiā. ij. q. iij. Cōsuluisti
§. hoc aūt. Et dicit ibi Nicola. de lyra q talis purgatio
rpe veteris testamenti nō erat illicita. qz ibi fiebat diui
nū miraculū. qz si mulier fuisset innocens si prius erat
sterilis efficiebat fecūda. si rea languebat vel moriebat
diuinū aūt miraculū nō fit ad cōfirmatōem illicitoz.
